H T



John Carter Brown.

— T. N°. 10. —

John Carter Brown

This is the earlier issue of the April edition.
with typographical errors uncorrected — e.g. l. Anjou in last line [illegible]
[illegible]
Amp reus

See Church Catalogue — 22.iii.07

COSMOGRAPHIAE INTRODVCTIO/ CVM QVIBVSDAM GEOMETRIAE AC ASTRONO MIAE PRINCIPIIS AD EAM REM NECESSARIIS

Inſuper quatuor Americi Veſpucij nauigationes.

Vniuerſalis Chosmographiæ deſcriptio tam in ſolido ꝙ plano/eis etiam inſertis quę Ptholomęo ignota a nuperis reperta ſunt.

DISTICHON

Cum deus aſtra regat/& terræ climata Cæſar
Nec tellus nec eis ſydera maius habent.

DIVO MAXIMILIANO CAESARI SEM-
PER AVGVSTO/GYNNASIVM VOS
AGENSE NON RVDIBVS INDO
CTISVE ARTIVM HVMANI
TATIS COMMENTATORI
BVS NVNC EXVL-
TANS: GLORIAM
CVN FOELICI
DESIDERAT
PRINCIPA
TV.

SI MVLTAS ADIISSE REGIONES/ET populorũ vltimos vidiſſe/nõ ſolum voluptarium/ ſed etiam in vita conducibile eſt(quod in Platone/ Apollonio Thyanæo atq; aliĳs multis philoſophis q̃ indagandarũ rerũ cauſa remontiſſimas oras peti uerunt/clarum euadit) Quis o Cæſar inuictiſſime regionum atq; vrbium ſitus/ & externorum homi-num.

Boetius

Quos videt condens radios ſub vndas
Phœbus:extremo veniens ab ortu:
Quos premunt ſeptem gelidi Triones:
Quos Nothus ſicco violentus ęſtu
Torret ardentes recoquens harenas.

JOHN CARTER BROWN

Quis inquã illorũ omniũ ritus ac mores/ex libris cognoſcere:iucundum ac vtile eſſe inficias ibit? Sane(vt ſapientum fert opinio)ſicut longiſſime peregrinari laudabile eſt/ita de quouis mortalium cui pręmenſus ipſę terrarum orbis vel ex ſola chartarum traditione longę latecꝫ ſpectabilis atcꝫ cognitus eſt non abſurde repeti poteſt quod ab ipſo poetarum principe Homero muſa Clyo de Naricio duce verbis iſtis rogabatur. Homerus

Dic mihi muſa virum captæ poſt tempora Troie

Qui mores hoĩm multorum vidit et vrbes.

Hinc effectum eſt/vt nobis(qui librariam officinam apud Lotharingie Voſagum in oppido cui vocabulũ eſt Sancto Deodato/nuper ereximus)Ptholomęi libros poſt exẽplar Gręcũ recognoſcẽtibus: necnon quatuor Americi Veſpucij nauigationũ luſtrationes adijcientibus:totius orbis typũ tam in ſolido q̃ꝫ plano(velut pręuiam quandam yſagogen) pro communi ſtudioſorum vtilitate parauerimus. Quẽ tuę ſacratiſſimę maieſtati/cũ terrarum dñs ex iſtas dicare ſtatuimus. Rati noſipſos voti compotes & ab emulorum machinamentis tuo (tam q̃ꝫ Achillis) clipeo tutiſſimos fore/ ſi tuę Maieſtatis acutiſſimo in eis rebus iudicio/ aliquantula ſaltem

ex parte nos ſatiſfeciſſe intelleximus. Vale cæſar inclytiſſime. Ex ſuperius memorato ſancti Deodati oppido. Anno poſt natum Saluatorē ſupra ſeſquimilleſimum ſeptimo.

TRACTANDORVM ORDO

Cum Coſmographię noticia ſine pręuia quadā aſtronomiæ cognitione/& ipſa etiam aſtronomia ſine Geometrię principījs plęne haberę nequeat: dicemus primo in hac ſuccincta introductiōe paucula de Geometriæ inchoamentis ad ſpheræ materialis intelligentiam ſeruientibus.

2 Deiude quid ſphera/axis/poli &c.

3 De cœli circulis.

4 Quaudam ipſius ſpheræ ſecundum graduū rationes Theoricam ponemus.

5 De quinq; Zonis cęleſtibus earundēq; & graduū cœli ad terram applicatione.

6 De Paralellis.

7 Declimatibus orbis.

8 De ventis cum eorū & aliarū rerū figura vniuerſali

9 Nono capite quędam de diuiſione terrę/de ſinibus maris/de inſulis/& locorū abinuicē diſtātia dicent Addetur etiam quadrans Coſmographo vtilis.

Vltimo loco q̄tuor Americi Veſpucij ſubiūge: ꝑfectiōes. Et Coſmo. tā ſolidā q̄ planā deſcribemus.

DE PRINCIPIIS GEOMETRIAE AD SPHERAE NOTICIAM NECESSARIIS CAPVT PRIMVM

QVIA IN SEQVENTIBVS circuli/circumferentię/centri/diametri/et id genus aliorum crebra mentio fiet: ideo primum nobis ſingillatim de talibus breuiſſime tractaupum venit.

Eſt igiturCirculus / figura plana vna quidem circumducta linea contenta:in cuius medio punctus eſt/ a quo omnes rectæ lineæ ad circũdantem lineam eductæ adinuicem ſunt ęquales.

Figura plana/eſt cuius mediũ nõ ſubſultat/neq̃ ab extremis egreditur.

Circũferentia/eſt linea circulũ continens ad quã omnes rectæ lineę a centro circuli eiectæ inter ſe ſũt æquales/quæ & ambitus/& circuitus/curuaturaq̃ ac circulus a latinis/gręce autem peripheria dicitur.

Centrũ circuli/eſt punctus ille a quo omẽs rectę ad lineã circulũ continentẽ eductæ adinuicem ſunt ęquales.

Dimidius circulus/eſt figura plana diametro circuli & medietate circũferentiæ contenta.

Diamater circuli/ eſt quęcũq̃ linea recta per cen

trū circuli tranſiens vtrinq; ad circuli peripheriam eiecta.

Linea recta/eſt a puncto ad punctū extenſio breuiſſima.

Angulus/eſt duarū linearū mutuus cōtactus. Eſt em̄ figuræ particula a lineę contactu in amplitudinem ſurgens.

Angulus rectus/ęſt angulus ex linea ſupra lineā cadente/& vtrinq; altrinſecus duos adinuicē ęquales angulos faciente cauſatus: quē ſi rectę lineę continent rectilineus: ſi curuę/curuus ſpheraliſq; dicet: Obtuſus ē q ē recto maior. Acutus recto minor.

Solidū/eſt corpus longitudine/latitudine/altitudineq; dimenſum.

Altitudo/craſſicies/profunditas idem.

Integrum eſt res tota/aut rei pars quę ſexagenaria partitione non prouenit.

Minutum/eſt ſexageſima integri pars.

Secundum/ſexageſima pars minuti.

Tertiū ſexageſima ſecundi/& ita deinceps

CAPVT SECVNDVM QVID SPHERA/ axis/poli &c̄. ſtrictiſſime perdocet.

Anteaq; aliquis Coſmographiæ noticiā habere poſſit/neceſſum eſt vt ſpheræ materialis cognitionem habeat. Poſtquod vniuerſi orbis deſcriptionē primo a Ptholomęo atq; aliȷs traditam/& deinde per alios amplificatā/nuper vero ab Americo Ve-

ſputio latius illuſtratã facilius intelliget. Igit.

Sphera (vt eã Theodoſius in libro de ſpheris defi nit) ẽ ſolida & corporea figura vna quidẽ cõuexa ſuperficie cõtenta / in cuius medio pũctus ẽ / a quo omnes rectæ ad circũferentiã eductę adinuicẽ ſunt ęquales. Et cũ (vt neotericis placet) decem ſint ſphe ræ cœleſtes fit materialis ſphera ad inſtar octauę (q̃ quod ſtellifera ſit aplanes dicitur) ex circulis artifici cialiter adinuicem iunctis per virgulam & axẽ me dium centrum (quę terra eſt) tangẽtem cõpoſita. Theo doſius.

Axis ſpheræ / eſt linea per centrũ ſpheræ trãſiens ex vtraq; parte ſuas extremitates ad ſpheræ circũ ferentiã applicãs: circa quam ſphera / ſicut rota cir ca axem carri (qui ſtipes teres eſt) intorq̃tur & cõ uertitur / eſtq; ipſius circuli diametrus. De q̊ Mani lius ita loquitur. Manili us.

Aera per gelidum tenuis deducitur axis
Sydereus medium circa quem voluitur orbis

Poli (qui & cardines & vertices dicuntur) ſunt puncta cœli axem terminantia / ita fixa ut nũq; mo ueantur ſed perpetuo eodẽ loco maneant. Et quę hic de axe ac polis dicuntur ad octauã ſpheram re ferẽda ſunt. Quoniam in pręſentiarum materialis ſpheræ determiationẽ / q̃ (ut diximus) octauę ſphe ræ ſimilitudinem habet / ſuſcępimus. Sunt itaq; eo rũ duo principales / vnus Septemtrionalis (qui & Arcticus & Borealis apellatur / alter Auſtralis / quẽ

Antarcticū vocant /de hijs Vergilius ait:

Virgili. Hic vertex nobis ſemper ſublimis /at illum
Sub pedibus ſtix atra videt maneſq; profundi:

Nos em̄ in Europa & Aſia degētes polū Arcticū ꝑpetuo videmus: q ſic dicit̄ ab Arcto vel Arcturo maiore Vrſa q̄ & Caliſco & Elice nomiat̄ & Septētrionalis a ſeptē ſtellis plauſtri/q̄ Triones vocitant̄: & ſūt minoris Vrſæ/ quam etiam Cynoſurā adpellant. Vnde Mantuanus Baptiſta.

Baptiſ. Carmel

Tu nobis Elice nobis Cynoſura /per altum
Te duce vela damus. &c. Item Borealis & Aquilonicus ab eius mūdi parte vento. Nautæ ſtellam maris vocare aſueuerunt. Huic oppoſitus eſt antarcticus/vñ & nomē ſortit̄. Nam anti gręca dictio latine cōtra ſignificat. Is & Nothicus & Auſtronothicus dicit̄: atq; a nobis propter terræ circulū qni eſt deuexus videri non poteſt/ſed ab antipodibus(q̊s eſſe cōpertū ē) cernit̄. Vbi & obiter ānotādū/quod

Deuexū/rei ſpherice tu morē & ventrē ſignificat.

Cōuexū vo eius cōtrariū eſt/et cōcauitatē notat.

Sunt pręterea duo alij poli ipſius zodiaci /duos in cœlo circulos arcticū. ſ. & antarcticū deſcribentes. Verū quia zodiaci & arctici atq; antarctici (qui in cœlo ſūt circuli) mentionē fœcimus: ideo capite ſequenti de circulis tractabimus.

DE CIRCVLIS CELI CAPVT TERTIVM.

Duplices ſūt circuli q̄ & ſegmīa ab anctoribus

dicuntur in ſphera & cœlo nõ reuera quidem exi-ſtentes ſed imaginabiles: maiores.ſ.& minores.

Maior circulus is eſt/qui incõuexa ſuꝑficie ſphe rę deſcriptus ipſam in duo ęqua diuidit/horũ ſunt ſex. Aequator.ſ. Zodiacus/Colurus ęquinoctiorꝛ/ Colurus ſolſticiorũ/Meridianus/& Horizon.

Circulus minor in ſphera eſt qui in eadẽ ſpherę ſuperficie deſcriptus ſpheram minime in duo ęqua diuidit. Tales ſunt quatuor. Arcticus/Cancri/ Ca/pricorni/et Antarcticus. Ita ſummatim ſunt decem de quibus debita ſerie & primo quidem de maiori-bus dicemus.

Aequator (qui et primi mobilis cingulus/et ęqui noctialis dicit̃) eſt circulus maior ſpheram in duo æqualia diuidens/ſecundum quamlibet ſui partem ab vtroq̧ polo ęque diſtans. ſic dictus quoniam ſo le ipſum tranſeunte (quod bis in anno in principio arietis.ſ. menſe Martio/et principio librę menſe ſe-ptembri contingit) toto terrarũ orbe ęquinoctium & dies nocti ęqualis eſt.

Aequinoctiũ Marcij/arietis/vernale.

Aequinoctiũ Semptembris/librę/ authumnale.

Zodiacus/eſt circulus maior ęquatorem in duo bus punctis quę ſunt principia arietis & librę) diri-mens/cuius vna medietatũ ad ſeptemtrionẽ/altera vero ad Auſtrum declinat. Ita dictus vel a zodion quod animal ſignificat/ qm̃ duodecim animalia in

ſe habet/vel a zoe quod eſt vita:quia omniũ inferi
orũ vita ſecundũ planetarũ motus ſub ipſa eſſe di-
Virgili. gnoſcit.Latini eũ ſigniferũ vocãt/q̃p.xij. ſigna in ſe
ferat. Atq̃ obliquũ circulũ.Hinc & Maro inſit Ob
liquus qua ſe ignorum verteret ordo.

In media zodiaci latitudine circularis linea ipſum in duo ęqua partiens et vltro citroq̃ ſex latitu.gra. relinq̃ns intelligit:quã eclipticã vocãt/ eo quod nũ q̃ ſolis aut lunæ deliquiũ & eclipſis contingat/ niſi eorum vterq̃ ſub ea linea in eodem vel oppoſitis gradibus decurrat.In eodem ſi ſolare futurũ ſit deli quium.In oppoſitis vero ſi ipſius lunæ.Et ſol ſemper ſub ea linea medius incedit/ neq̃ vltro deuiat. Luna autẽ & cæteri planetarum nunc ſub ea/ nunc citra vel vltra expaciati vagantur.

Duo ſunt in ſphera coluri/ qui ſolſticia & ęquinoctia diſtinguunt.Ita a Colon græce quod membrum ſignificat/& vris bobus(quos magnitudine Elephantũ Cæſar cõmentariorũ lib.iiij.in Hercinia
Cæſar. ſilua eſſe ait) dicti/q̃m ſicut cauda bouis membrũ/ erecta ſemicirculũ & non completũ facit/ita nobis colurus ſemper imperfectus apparet.Vna em̃ medietas videtur/cnm alia ſit occultata.

3 Colurus ſolſticiorũ qui & declinationũ dicitur eſt circulus maior per principia cancri & capricorni/p̃ polos ecliptícę parit & polos mundi tranſiens

2 Aequinoctiorum colurus itidem circulus maior

eſt per principia arietis ac libræ / & mundi polos
tranſiens.

Meridianus eſt circulus maior per punctũ verti- 5
cis & polos mundi tranſiens. Tales in generalibus
noſtris tam ſolido ꝙ plano decem gradibus abin-
uicẽ diſtinximus. Eſt aũt punctũ verticis(quod &
zenith dicit̃)in cœlo pũctus directe rei ſuppoſitus.

Horizon(quem finitorem quoqꝫ dicũt)eſt ſphe 6
ræ circulus maior ſuperius hemiſpherium(id eſt di
midiũ ſpheræ)ab inferiori diuidens. Eſtqꝫ is in quẽ
ſub diuo conſiſtentiũ/circũducentinmqꝫ oculos vi
det̃ obtutus deficere: qui et partem cœli viſam a nõ
viſa dirimere cernitur. Diuerſarũ aũt regionũ vari-
us eſt horizon: & omniũ horizontium capitis ver-
tex/polus dicitur. Nam tale punctũ omniquaqꝫ ab
finitore atqꝫ ipſo horizonte ęque diſtat. Et hæc de-
circulis maioribus/nunc ad minores veniamus.

Circulus arcticus ẽ circulus minor quẽ polus zo 7
diaci ad motum primi mobilis circa polum mundi
arcticum deſcribit.

Antarcticus/ eſt circulus minor quẽ alter polus 8
zodiaci circa polũ mundi antarcticũ cauſat atqꝫ de
ſcribit. Nuncupamus aũt polũ zodiaci(de quo etiã
ſuperiori capite diximus)punctũ vndecũqꝫ ab ecli
ptica ęque diſtantẽ. Sunt eñ poli zodiaci axis ecli-
pticę extrẽitates. Et ꝙta ẽ maxĩa ſol' declinatio(de
q̃ mox plura)tãta ẽ poli zod. a polo mũdi diſtantia

Tropicus Cancri eſt/circulus minor quem ſol in principio cancri exiſtens ad motū primi mobilis de ſcribit/qui & ſolſticium ęſtiuum dicitur.

Tropicus capricorni/ eſt circulus minor quē ſol initiū capricorni tenens ad motū primi mobilis deſcribit. Hnnc etiam circulum brumę dicimus.

Cęterum quia declinationis mentionē fœcimus ideo annotandum.

Declinationē eſſe quando ſol de ęquinoctiali ad Tropicū cancri ſcandit/vel ad capricorni tropicum a nobis deſcendit.

Aſcenſionē pro cōtrario accipimus/qn̄.ſ.a tropicis ęquatori propinquat. Licet a cyros & improprie a quibuſdam dicaẗ aſcēndere quando nobis ꝓpinquat/& deſcendere cū a nobis diſcedit. Hactenus de circulis/iam ad ſpherę Theoricam et latiorē quandam graduū quibus tales abinuicem diſtent ſpeculationem accedamus.

CAPVT QVARTVM

De quadam ſpheræ Theorica ſecundū graduum rationes.

Sphera cęleſtis quinqꝫ ligatur circulis principalioribus vno maiore et quatuor minoribus/Arctico .ſ.cancri/ęquatore/capricorni/& antarctico. E quibus ęquator eſt maior/ alij quatuor minores. Nos ipſos vel potius quę interſunt ſpacia authores Zo
Virgili. nas vocare aſueuerunt. Hinc & Virgilius in Geor-

gicis ait.

Quinq; tenent cœlũ zonæ: quarũ vna coruſco
Semper ſole rubens / & torrida ſemper ab igni eſt
Quam circũ extremæ dextra læuaq; trahuntur
Cerulea glacie concretæ atq; himbribus atris /
Has inter mediamq; duæ mortalibus ægris
Munere conceſſę diuũ: & via ſecta per ambas
Obliquus qua ſe ſignorũ verteret ordo.

De quarũ qualitate in ſequentibus plura dicent. Quia vero ſuperius tetigimus quod polus Zodiaci circulũ arcticũ deſcribat: ideo pro vlteriori ſpeculatione ſciendũ hoc de ſuperiori Zodiaci polo (qui in 66. gradu &. 9. miñ. eleuatiõis ſitus ẽ / atq; a polo arctico. 23. gradibus ac. 51. mi. diſtat) ĩtelligi oportere.

Vbi & illud non ignorandũ. Gradum triceſimã ſigni partem eſſe. Et Signũ duodecimam circuli. At triginta duodecies mltiplicata. 360. reddũt. Quare liquidũ euadit quod gradus iterũ tricenteſima et ſexageſima circuli pars eſſe definiri poſſet. Grad. Signũ.

Circulum aũt Antarcticum polus Zodiaci inferior deſcribit: qui in eodẽ gradu declinationis ſitus eſt et ęque a polo antarctico diſtat ſicut ſuperior ab arctico.

Tropicũ cancri / eclipticæ reflexio / ſiue maxima ſolis verſus ſeptemtrionẽ declinatio (quę ab ęquinoctiali ad. 33: grad: &. 51. miñ. ſita eſt) deſignat.

Tropicũ capricorni alia Eclypticæ reflexio / ſiue

maxima ſolis v̾ſus Auſtrum declinatio(quę ad to-
tidem gradus ſicut prędicta ſita eſt) deſcribit.

Diſtantia inter tropicū cancri & circulū arcticū
eſt.22. graduū & .18.miñ. Totidem etiam graduū
eſt diſtantia inter tropicū capricorni & circulum
antarcticum.

Aequatorem media cœli amplitudo a polis mū
di ęquediſtans efficit.

Huc vſq; de quinq; zonis & earum abinuicem di-
ſtantia.cōſequenter etiam ſtrictim de reliquis quę
dam trademus.

Circulū zodiaci eius ipſius poli oſtendūt/a qui-
bus vſq; ad tropicos(id eſt maximas ſolis declina-
nes & ſolſticia).22.grad.&.18.mi.ſūt.Eſtq; zodiaci
latitudo ab ecliptica v̾ſus vtroſq; tropicos ſex gra-
duum & in vniuerſum.12.grad.

Coluros declinationū & aſcenſionū ſignant ſol-
ſticia & ęquinoctia/hijq; ſub polis mundi ſeſe per
axem cœli ad angulos rectos ſpherales interſecāt.
Similiter per ęquatorē Sed per Zodaciū æquino-
ctiorum coluri vadentes cōſtituunt angulos obli-
quos cū per ſolſticiorum zod.rectos cauſent.

Circulum meridionalem(mobilem quidem) axis
idem ſub ipſis polis continet.

Horizontis circulū/declarat zenith.Ipſum enim
tanq; polus eius ſuperior exiſtēs vbiq; ab eo ęque
diſtat.Atq; diuidit idem circulus horizontis/hemi

ſpheriũ noſtrũ ab altero per ſolis ortũ & occaſum: His vero qui ſub æquinoctiali ſunt per vtroſq; mũdi polos. Et diſtat ſemper zenith in omni horizõte ab ipſius circũferentia. 90. gradibus qui ſunt quarta pars circuli. Eſtq; peripheria horizontis quater diſtantiam inter zenith & horizonta ſuperans.


Id demũ animaduerſione nõ eſt indignum axem mũdi in materiali ſphera diametraliter ab eiuſdem polis per centrũ mundi (quę eſt terra) tranſire.

Axis vero zodiaci in ſphera nõ apparet ſed intelligendus eſt. & hic axem mundi medium ad angulos impares ſiue obliquos in centro interſecat.


Hoc modo in ipſa mundi fabrica mirabilis ſeries & rerũ ordo pręcipuus eſſe videtur: cuius imaginẽ veteres aſtronomi deſcribentes factoris ipſius quãtum fieri potuit veſtigia (qui omnia in numero põdere & menſura fœcit) ſequuti ſunt. Nos quoq; ea de re tractantes ſpacij iniquitate ſic excluſi vt ratio minutorũ non vel vix poſſit obſeruari/& ſi obſeruaretur etiam tedium cum errore gigneret/ a plænis graduum annotationibus circulorum poſitionem ſumemus. Nam non multum diſtat inter .51. miñ. & plenum gradum qui ſexaginta minuta continet ſicuti ſupradiximus/atq; in libro de ſphera & aliubi ab harum rerum ſtudioſis examuſſim declaratur. Itaq; in figura quam pro talium intelligentia hoc loco ſubiungemus ipſi bini tropici cancri. ſ.

& capricorni/ atq; maximę ſolis declinationes ab ęquinoctiali.23.gradibus diſtabũt. Quantũ & poli ipſius zodiaci/ſiue circuli arcticus & ãtarcticus a polis mundi ſunt diſtantes ſuper ſexageſimũ ſextũ eleuationis gradum ſiti.

Polus Arcticus



Polus Antarct.


SEPTENTRIO
Circius
Aquilo
Circulus
Meridionalis
Articus
Chorus
Cecias
pa
ra
lel
li
FAVONIVS
SVBSOLANVS
Circulus
Equinoctialis
siue
Equator
linee meridiane
Africus
Vulturnus
Libonotus
Euronotus
AVSTER

Propoſitum eſt hoc libello quandam Coſmographię introductionē ſcribere: quam nos tam in ſolido ꝙ plano depinximus. In ſolido quidem ſpacio excluſi ſtrictiſſime. Sed latius in plano: vbi ſicut agreſtes ſignare aſueuerunt & partiri limite campum/ita orbis terrarum regicnes præcipuas dominorum inſignijs notare ſtuduimus. Et (vt ab ea in qua ſumus parte incipiamus) ad Europę meditullium Rhomanas aquilas(quę regibus Europę dominantur)poſuimus atq; claue ſummi patris patrũ in ſigni ipſam fere Europam(quę Rhomanam eccleſiam profitetur) cinximns. Aphricam pene omnem & Aſię partem ſignauimus lunulis quod eſt inſigne ſummi Babilonię Soldani quaſi totins Egypti & partis Aſię domini. Aſę vero partē quę minor Aſia dicitur crocea coloris cruce iuncto chalybe circumdedimus quod eſt ſignũ Thurcori Soldani Scythiā intra imaũ maximũ Aſie montē & Sarmaticā Aſiaticā notauimus anchoris quas magnns Tartaus pro inſigni habet. Crux rubea præſbyterum Ioannē(qui et orientali & meridionali Indiæ pręeſt atq; in Bibeith ſedem tenet)repreſentat. Deniq; in quartam terrę partē per inclytos Caſtilię et Luſitaniæ reges repertam eorundem ipſorum inſignia poſuimus. Et quod nõ eſt ignorandum vadoſa maris littora(vbi naufragia timentur)imaginibus crucis ſignauimus ſed; hęc iam miſſa facientes.

De quinqꝫ Zonis cœleſtibus/earundemqꝫ & graduū cœli ad terrā applicatione.

CAPVT QVINTVM

Hactenus breuiſſime de nōnullis Geometriȩ pricipijs/de ſphera/polis/quinqꝫ Zonis/atqꝫ ipſis mūdi circul'/rerūqꝫ taliū quadā Theorica diximus:nūc recto(ni fallor) ordine de applicatione horū circulorū & graduū ad ipam terrā ſuſcipienda determinatio venit. Ergo igit' ſciendū eſt in terra quīqꝫ plagas per zonas prȩdictas diſtingui. Vnde et Ouidius in Methamorphoſi ait. Oui.d.

Vtqꝫ duæ dextra cœlum totidemqꝫ ſiniſtra
Parte ſecant zonæ/quinta eſt ardentior illis
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura dei:totidemqꝫ plagȩ tellure premuntur
Quarū quȩ media eſt non eſt habitabilis ȩſtu
Nix tegit alta duas/totidem inter vtraſqꝫ locauit
Temperiemqꝫ dedit mixta cū frigore flamma.

Et vt res apertior fiat/quatuor minores circuli Arcticus/cancri/capricorni/ & antarcticus diſterminant diſtinguūtqꝫ quinqꝫ cœli zonas. Vt(verbi cauſa)eſto in ſeqnenti figura.a. polus mundi arcticus/b.c.circl'us Boreus/d.e.circulus Cancri/f.g.circulus capricorni/h.k.ātarcticus/l. vͦo polus Nothicus. Erit prima zona.ſ. Borea arcticaqꝫ totū inter.b a.c.interceptū ſpaciū/quȩ perpetuo frigore rigens inhabitata eſt. Secūda erit totum inter.b.c.et.d.e:

interceptũ ſpaciũ/temporata atꝗ habitabilis. Ter-
tia totũ inter .d.e.f.g.medium ſpaciũ feruore male
egreꝗ habitabilis. Sol em̃ illic ſecundũ lineã.f.e.(q̃
nobis eclipticã deſignat)aſſidua volubilitate gyros
ducẽs ſuo feruore eã reddit torridã atꝗ inhabitatã
Quarta eſt totũ inter.f.g.et.h.k. ſpaciũ:temperata
atꝗ habitabilis/ſi aquarũ vaſtitas & altera cœli fa
cies id impune ſinat. Quinta eſt totum inter.h.k.i.
intercluſum ſpaciũ frigore ſemper horrens atꝗ in-
Cum aũt dicimus aliquã cœli zo- (habitata.
nam vel habitatã vel inhabitatã/hãc denominatio-
nem a ſimili zona terræ illi cœleſti plagæ ſubiecta
intelligi volumus:& qñ habitatã aut habitabilẽ di
cimus/bene & facile habitabilem. Cũ vero inhabi-
tatam vel inhabitabilẽ/egre difficileꝗ habitabilem
intelligimus. Sunt em̃ qui exuſtam torridamꝗ zo
nam nũc habitant multi. Vt qui Cherſoneſum au-
ream incolũt/vt Taprobanenſes/Aethiopes/et ma
xima pars terrę ſemper incognitæ nuper ab Ameri
co Veſputio repertę. Qua de re ipſius quatuor ſub
iungentur nauigationes ex Italico ſermone in Gal-
licum/& ex Gallico in latinum verſæ.


Itaꝗ ſciendũ quod (vt & ſubſequẽs indicat figu
ra)prima zona q̃ polo arctico proxima eſt.23.gra-
dus latitudinis &.51.miñ. habet.

Secũda quę antarctica atꝗ illi ipſi par eſt/totidem

Tertia temperata.22.&.18.miñ.

Quarta que par eſt /totidem
Quinta ꝟo torrida & media gradus.47.&.42. mi.
Sed horū quendam typum ponamus.

Polus Arcticus



Polus Antarct.

CAPVT SEXTVM DE PARALELLIS

Paralelli(qui & Almucantharat dicunt̃)ſunt circuli vel lineę quoquo verſus/ atqꝫ ex omni parte æquediſtantes/& nunqꝫ ſi poſſent etiam in infinitum ꝓtrahi cõcurrentes. Qualis eſt in ſphera ęquator cum alijs quatuor circulis minoribus. Nõ quia quantũ primus a ſecundo/tantum ſecundus a tertio diſtet :nam hoc falſum eſt/vt ex prędẽtibus liquet/ſed ꝙ quilibet duo circuli ſimul iuncti ſecundũ quãlibet ſui ꝑtẽ ęque abinuicẽ ſint diſtãtes. Nõ enim eſt ęquator ex vna parte altero tropicorũ q̃ꝫ ex alia vicinior aut diſtantior/ cum omniquaqꝫ a tropicis ſicut prędiximus . 23. gradibus & .51. minutis diſtet. Simili modo de tropicis ad duos extremos dicendum eſt: quorum vterqꝫ ex omnibus ſui partibus ab vtroqꝫ .42 . gradibus &.44. minutis diſtant.

Licet ṽo poſſent paralelli ad libitum cuiuſlibet diſtantes deſcribi nobis tamen pro faciliori ſupputatione conuenientiſſimum viſum eſt(quod et ipſi Ptholomęo placuit)vt tam in ſolida q̃ꝫ plana Coſmographiæ generalis deſcriptione ipſos tot gradibus abinuicẽ ſecerneremus/quot ſequens formula oſtendit. Cui etiã figura ſubiungetur in qua paralellos per terrã vtrĩqꝫ ad ſpheram cœli protrahemus.


Paralelli ab ęquat.	gradus cœli	Horę dierũ ma.	Quot milli. fa.gra.vnus
21 Diatiles 8	63	20	28.$\frac{1}{2}$
20	61	19	
19	58	18	32.$\frac{1}{2}$
18	56	17	$\frac{1}{2}$
17	54	17	37.$\frac{1}{2}$
16 Diarhip.7	51.$\frac{1}{2}$	16.$\frac{1}{2}$	40.$\frac{1}{2}$
15 Diabor.6	48.$\frac{1}{2}$	16	42.$\frac{1}{2}$
14	45	15.$\frac{1}{2}$	44
13	43.$\frac{1}{12}$	15.$\frac{1}{4}$	45
12 Diarho.5	40.$\frac{1}{2}$.$\frac{1}{3}$.$\frac{1}{12}$	15	47
11	38.$\frac{1}{2}$.$\frac{1}{12}$	14.$\frac{1}{2}$.$\frac{1}{4}$.	48.$\frac{1}{2}$
10 Diarho.4	36	14.$\frac{1}{2}$	50
9	33.$\frac{1}{3}$	14.$\frac{1}{4}$	
8 Diaalex.3	30.$\frac{1}{3}$	14	54
7	27.$\frac{1}{2}$.$\frac{1}{6}$	13.$\frac{1}{2}$.$\frac{1}{4}$	
6 Diaſienes 2	23.$\frac{1}{2}$.$\frac{1}{3}$	13.$\frac{1}{2}$	57
5	20.$\frac{1}{4}$	13.$\frac{1}{4}$	
4 Diamero.1	16.$\frac{1}{3}$.$\frac{1}{12}$	13	
3	12.$\frac{1}{2}$	12.$\frac{1}{2}$.$\frac{1}{4}$	
2	8.$\frac{1}{3}$.$\frac{1}{12}$	12.$\frac{1}{2}$	
1	4.$\frac{1}{4}$	12.$\frac{1}{4}$	59
Aeq̃tor a polis ęq̃diſtans		12 cõtinuę	60
1	4.$\frac{1}{4}$	12.$\frac{1}{4}$	59
2	8.$\frac{1}{3}$.$\frac{1}{12}$	12.$\frac{1}{2}$	
3	12.$\frac{1}{2}$	12.$\frac{1}{2}$.$\frac{1}{4}$	
4 Diameroes.	16.$\frac{1}{3}$.$\frac{1}{12}$	13	
5	20.$\frac{1}{4}$.	13.$\frac{1}{4}$	

Climata cũ gradibus paralellorꝫ ſimul horas Inſinuat numeris iſta figura ſuis:

Para. & cli.	Gradus	Horę	Milliaria
6 Antidiaſienes	23.$\frac{1}{2}\frac{1}{3}$	13.$\frac{1}{2}$	52
7	27.$\frac{1}{2}\frac{1}{6}$	13.$\frac{1}{2}\frac{1}{4}$	

Et ita deinceps v̾ſus Antarcticum polū. Quod & ſubſequens figura cõmonſtrat.

polus Arcticus



Polus Antarcticus

De climatibus caput. vij.

Licet clima proprię regio interpretetur/ hoc tamen loco ſpaciū terrę inter duas ęquediſtantes appellatur/in quo porrectiſſimę diei ab initio climatis vſq̧ ad finem dimidię horę variatio eſt. Et quottū aliquod clima ab ęquatore fuerit/tot ſemihoris longiſſima eius loci dies ſuperat diem nocti ęqualem. Suntq̧ ipſorum Septemgemina: q̧uis ad auſtrum nō ſit ſeptimum adhuc luſtratum. Sed Boream verſus Ptholomeus terram ſeptem ſemihorarū ſpacio hoſpitalem & habitabilē inuenit: quę ſeptem climata ab inſigni aut Vrbe/aut fluuio/aut mōte ſua nomina ſunt ſortita. Climata.7.

Primū dicitur DiaMeroes/a dia quod apud gręcos per ſignificat/& caſu patrio iungit̄. Atq̧ a Meroe quę ē Africę ciuitas in torrida zona citra ęquatorē.16. gradibus ſita/in quo paralello & ipſe Nilus eſſe inuenitur. Eius/& ſubſequētium etiā initiū medium & finem atq̧ maximę diei in quolibet ipſorum horas generale noſtrū(pro cuius intelligentia hęc ſcribimus)tibi liquido oſtendet. 1

DiaSienes a Siene Aegipti vrbe/quod ē ꝓuīcię Thębaidos principium 2

DiaAlexandrias. Ab Alexandria inſigni vrbe Africæ Aegipti Metropoli: quam Alexander Magnus condidit: de quo dictū eſt a poeta. Vnus Pelleo iuueni non ſufficit orbis. 3

4 DiaRhodon /a Rhodo Aſię minoris inſula:quę & ſui nominis in ea ſitam noſtra tempeſtate clarā ciuitatem habet/fortiter Thurcarū efferos bellicoſcꝫ impetus ſuſtinentem/atq; profligantem generoſiſſime.

Rhodos

5 DiaRhomes /ab vrbe Europę notiſſima/īter Italicas maxime clara/& inſigni olim gentiū domitrice/atq; orbis capite/nūc patris patrū maximi ſede.

6 DiaBoriſchenes /a magno Scytharū fluuio qui eſt quartus ab Hiſtro.

7 DiaRhipheon/a Ripheis montibus qui in Sarmatica Europa inſignes ſunt perpetua niue candētes.

Ab his inſignibus locis per quę ferme climatum lineæ medię tranſeunt ſeptem climata(quę Ptholomeus poſuit)ſua ſortiuntur nomina.

Octauū Ptholomęus nō poſuit/cum illud terrę (quodcunq; eſt) ipſi incognitū a nuperioribus luſtratū ſit.& dicitur Diatyles/quod ipſius principiū (qui eſt Paralellus ab ęquatore .21.) rectiſſime per Tylen ſit ꝑtenſus.Eſt aūt Tyle Septemtrionalis inſula de qua Maro noſter/Tibi ſeruiet vltima Tylę.

Virgilius.

Et hęc de climatibus ab ęquatore Septemtrionē ꝟſus.Pari mō dicendū eſt de eis quę ſūt vltra ęquinoctialē ad Auſtrum/quorū ſex contraria nomina habentia ſunt luſtrata et dici poſſunt antidiaMeroes/ antidiaAlexandrias/ AntidiaRhodon Antidia

Rhomes/ antidia Boriſchenes: a gręca ꝑticula anti
q̄ oppoſitū vel cōtra denotat. Atq; in ſexto climate
Antarcticū verſus/& pars extrema Africæ nuper
reperta &/Zamzibar/Iaua minor/& Seula inſulę
& quarta orbis pars (quam quia Americus inueuit
Amerigen /quaſi Americi terrā / ſiue Americā nun Ameri
cupare licet) ſitæ ſunt. De quibus Auſtralibns cli- ge
matibus hęc Pomponij Mellę Geographi verba in
telligēda ſunt /vbi ait. Zonę habitabiles paria agūt Pōpo:
anni tempora/verū nō pariter. Antichthones alte- Mellæ
ram/nos alteram incolimus. Illius ſitus ob ardorē in
tercedentis plagę incognitus/huius dicendus eſt.
Vbi animaduertendum eſt quod climatū quodq;
alios q̄ aliud plerūq; fœtus ꝓducat/cū diuerſę ſūt
naturę/& alia atq; alia ſyderū virtute moderentur.
Vnde Virgilius.

Nec vero terrę ferre omnes omnia poſſunt Vergi-lius
Hic ſegetes/illic veniunt fœlicius vuę
Arborei fœtus alibi/atq; iniuſſa vireſcunt
Gramīa. Nōne vides croceos vt Thmolus odores
India mittit ebur? mittūt ſua thura Sabęi
At Calybes nudi ferrū: viroſaq; pontus
Coſterea. Eliadū palmas Ep iros equarū &c.

OCTAVVM CAPVT DE VENTIS.

Quoniā in ſuperioribus ventorū aliquando in-
cidenter memores fuimns (cū. ſ. polū Boreū/ polū
Nothicū/atq; id genus alia diximus) & ipſorū co-

gnitio nõnihil momẽti ĩmo magnã vtilitatẽ ad Coſmographiã habere dignoſcĩt:ideo hoc ſubſequenti capite quędã de ventis(qui & ſpiritus & flatus dicunt)trademus. Eſt igitur ventus(vt a Philoſophis definitur) exhalatio calida & ſicca lateraliter circa terram mota &c̃.

Quia vero ſol ſecundũ binos tropicos / & ipm ęq̃torẽ triplicẽ ortũ atq̃ occaſũ /ęſtiualẽ.ſ. ęquinoctialẽ/ac hyemalẽ ſeruat:et meridei ſimiliterq̃ ipius ſeptẽtrionis vtrinq̃ ſint latera/quarꝫ quęlibet propriũ ventũ habẽt:iõ ſumatim.xij.ſunt vẽti/ tres orientis/tres occidentis/totidẽ meridei/& medie noctis totidẽ:ex qbus q̃tuor qui i ſeq̃nti formula mediũ locũ tenebũt prĩcipaliores ſũt /alij minus prĩci.

Ventorũ forma.

		Oriens.	Occidens.
Collat.	Trop.Canc.	κίεκίαδ	Chorus
Medij.	Aequator.	Subſolãus.	Fauoni.q et Zephi.
Collat.	Trop.Cap.	Eurus qui & Vulturn.	Africus q et Lybs

	Meridies	Media nox
Collat.	Euronothus	Septẽtrio.
Medij	Auſter /qui & Nothus	Aquilo qui & Boreas.
Collat.	Lybonothus	Trachias q & Circius.

Poetę tñ mĩus prĩcipales (q̃ et collat̃ales dicũt) ꝓ principalioribus ex licentia(vt ſuus ſibi mos eſt) vſurpare cõſueuerunt. Hinc & Ouidius ait Ouidi:
Eurus ad Aurorã Nabathęaq; regna receſſit
Perſidaq; & radijs iuga ſubdita matutinis.
Veſper & Occiduo quę littora ſole tepeſcunt
Proxima ſũt Zephiro: Scythiam/ſeptẽq; Triones
Horrifer iuuaſit Boreas/contraria tellus
Nubibus aſſiduis/pluuioq; madeſcit ab Auſtro

Eſt autẽ Subſolani aura ſaluberrima /quę a ſole purior & ſubtilior alijs efficitur.

Zephirus Caloris et humoris temperiem habẽs montiũ pruinas reſoluit. Vñ ẽ illud Vergilij Liquitur et putris Zephiro ſe glęba reſoluit. Vergi:

Auſtri flatus crebro tempeſtatũ/ꝓcellarũ /atq; himbriũ ꝑſagus ẽ. Quare & Nazo infit. Madidis Nothus euolat alis. Ouidi:

Aquilo ſuo rigore aquas ligat/atque conſtringit Vir. Et glacialis hyems Aquilõibus aſperat vndas Virgi:

His de ventis Gallinariũ noſtrũ multę doctrinę virũ ſequẽtes quatuor edere verſiculos memini. Gallinarius.
Eu rus et Eoo flat Subſolanus ab ortu.
Flatibus occaſum Zephiruſq; Fauonius implent:
Auſter in extremis Lybiæ et Nothus ęſtuat oris:
Sudificus Boreas Aquiloq; minatur ab axe.

Et licet vẽti ſeptentrionales ſint natura frigidi/ nihilo tamen minus quando torridam zonam per

tranſeunt/mitigantur:ſicut & de Auſtro torridam Zonam anteaꝗ̃ ad nos veniat tranſeunte/cõpertũ eſt. Quod ſequentibus verſibus inſinuatur.

Quoꝗ̃ loco prodit gelidus furit Auſter/ & arctis
Cogit aquas vinclis/at dum per torrida flatu
Sydera tranſierit/noſtras captandus in oras
Cõmeat: & Boreę ſeuiſſima tela retorquet
At contra Boreas nobis grauis/orbe ſub imo
Fit ratione pari moderatis leuior alis.
Cætera mox varios qua curſus flamina mittunt
Im̃utant proprię naturam ſedis eundo.

Hucuſꝗ̃ de ventis dictũ ſufficiat. Ponamus nũc haꝝ omniũ figurã vniuerſalẽ: in qua ſint poli/axes/ circuli cũ maiores tum etiam minores/oriens/occidens/quinꝗ̃ zonæ/gradus lõgitudinis/latitudinis tam ipſius terrę ꝗ̃ cœli/paralelli/climata/venti &c̃.

CAPVT. IX. DE QVIBVSDAM COSMOGRAPHIAE RVDIMENTIS.

Omnẽ terrę ambitũ ad cœli ſpacium puncti obtinere rationem Aſtronomicis demonſtrationibus conſtat. Ita vt ſi ad cœleſtis globi magnitudinẽ cõferat̃/ nihil ſpacij prorſus habere iudicet̃. Et huius quidem tam exiguę in mundo regionis quarta fere portio eſt quę Ptholomęo cognita a nobis animantibus ĩcolit̃. Atꝗ̃ in tris partes hactenus ſciſſa fuit. Europam/Africam/& Aſiam.

Europa ab occidẽte mari Athlantico/a ſeptẽ.Bri tãnico/ab oriẽte Thanai/Meotide palude/et põto: a meridie mari mediterraneo claudit̃/habetq̃ in ſe Hiſpaniam/Galliam/Germaniã/Rhętiam/Italiam/ Gręciam/ & Sarmatiam. Sic dicta a filia regis Age- noris eius nominis: quę dum virginibus Tirijs co- mitata in marino littore puellari ſtudio luderet & caniſtra floribus ſtiparet/ab Ioue in thaurꝝ niueum verſo rapta illius tergo inſediſſe /& per ęquora põ ti in Crętam delata terrę contra iacenti nomen de- diſſe creditur.

Africa ab occidente mari Athlantico/a meridie oceano Aethiopico/a Septemtrione mari mediter raneo/& ab ortu Nili flumine terminatur. Ea in ſe cõplectitur Mauritanias Tingitanam & Cæſarien ſem/Libiam interiorem/Numidiam(quã & Mapa liam dicunt)minorem Africam(in qua eſt Charta- go Rhomani imperij olim pertinax æmula)Cyre- neicã/Marmaricam /Lybiam (quo etiã nomine to ta Africa a Libe rege Maurithãię appellat̃)Aethio piam interiorẽ/Aegiptũ &c̃.Et dicit̃ Africa quod frigoris rigiditate careat.

Aſia(quę cæteras magnitudine & opibus lõgiſ- ſime vincit)ab Europa Thanai fluuio/atq̃ ab Afri ca Iſchmo(qui in Auſtralem plagã diſtentus Ara- bię & Aegpti ſinum perſcindit) ſecernit̃. Hęc prin cipaliſſimas regiones habet Bithiniam/Galatiam/

Capadociam/Pamphiliam/Lidiam/ Ciliciã/Armẽ nias maiorẽ & minorẽ. Colchiden/Hircaniam/Hiberiam/Albaniã: et pręterea mltas quas ſingilatim enumerare longa mora eſſet. Ita dicta ab eius nominis regina.

Nũc vero & hę partes ſunt latius luſtratæ/& alia quarta pars per Americũ Veſputiũ(vt in ſequentibus audietur)inuenta eſt/quã non video cur quis iure vetet ab Americo inuentore ſagacis ingenij viro Amerigen quaſi Americi terrã/ſiue Americam dicendã: cũ & Europa & Aſia a mulieribus ſua ſortita ſint nomina. Eius ſitũ & gentis mores ex bis binis Americi nauigationibus quæ ſequunt̃ liquide intelligi datur.

America

Hunc in modũ terra iam quadripartita cognoſcit̃: et ſunt tres primę partes cõtinentes/quarta eſt inſula: cũ omni quaq; mari circũdata conſpiciat̃. Et licet mare vnũ ſit quẽadmodũ et ipſa tellus/multis tamen ſinibus diſtinctum/& innumeris replętum inſulis varia ſibi noĩa aſſumit: quę et in Coſmographiæ tabulis cõſpiciunt̃/& Priſcianus in tralatione Dioniſij talibus enumerat verſibus.

Priſcianus.

Circuit Oceani gurges tamen vndiq; vaſtus
Qui quãuis vnus ſit plurima nomina ſumit.
Finibus Heſperijs Athlanticus ille vocatur
At Boreę qua gens furit Armiaſpa ſub armis
Dicit̃ ille piger necnõ Satur. idẽ Mortuus eſt alijs.

Vnde tamen primo conſcendit lumine Titan Mare
Eoumq; vocant atq; Indum nomine pontum Eoum:
Sed qua deuexus calidū polus excipit Auſtrum Indicū:
Aethiopumq; ſimul pelagus Rubrūq; vocatur Aethio
Circuit oceanus ſic totū maximus orbem picum:
Nominibus varijs celebratus.
Perſecat Heſperiā primus qui porgit̄ vndis
Pamphilcūq; latus Lybię prętendit ab oris Pāphi-
Sic minor eſt reliquis / maior quem Caſpia tellus licum:
Suſcipit intrantē vaſtis Aquilonis ab vndis
Nomine Saturni quod Thetis poſſidet ęquor Caſpiū
Caſpius iſte ſinus ſimul Hircanuſq; vocatur
At duo qui veniunt Auſtralis ab ęquore ponti Hirca:
Hic ſupra currens mare Perſicus efficit altum Perſicū
Eregione ſitus / qua Caſpia voluitur vnda
Fluctuat aſt alter Panchęaq; littora pulſat
Euxeni contra pelagus protentus in Auſtro
Ordine principiū capiens Athlantis ab vnda
Herculeo celebrant quam męte munere Gades: Athlan
Cęliferaſq; tenet ſtans Athlas monte columnas ticum
Eſt primus vaſtis qui pontus Hibericus vndis Hercu-
Diuidit Europen Lybia cōmunis vtriq; leum:
Hinc atq; hinc ſtatuę ſunt: ambę littora cernunt
Hęc Lybies hęc Europes aduerſa tuendo.
Gallicus hunc gurges: qui Celtica littora pulſat Gallicū
Fxcipit: hunc ſequitur Ligurū cognomine dictus
Qua domini rerum terris creuere Latinis.
Ad petram leucen Aquilonis ab axe reductus

Quę freta Sicanię concludit littore curuo
Inſula ſed Cyrnos proprijs pulſatur ab vndis.
Mare Intra ſardonium pelagus Celtumq́ꝫ refuſis
Thyrrc Inde ſalis tumidus Tyrrheni voluitur ęſtus
Ad partes vergens auſtrales/excipit iſtum
Siculũ Sicanię gurges ſolis deflexus ad ortus:
Qui procul effuſus Pachynis tenditur oris
Ad Cręten ſummã(quę prominet ęquore)rupem:
Qua Gortyna potẽs medijs qua Phęſtos in aruis
Arietis hanc rupem ſimilantem vertice frontem
Pro merito graij Criu dixere metopon.
Hoc mare Gargani concludit Iapygis ora:
Adria⸗ Illinc incipiens extenditur Adria vaſtus:
ticum. Ad Boream penetrans pelago ſolemq́ꝫ cadentẽ
Ioniũ. Ionius pariter ſinus hic perhibetur ab orbe/
Diuidit & geminas diuerſis partibus oras:
Quas tamen extremas cõiungit terminus vnus
Illiricũ. Ad dextram partẽ protenditur Illyris alma:
Poſt hanc Dalmatię populorũ martia tellus
Ad lęuam Auſonię porręctus continet Iſthmos
Quẽ tria circundant maria vndiq́ꝫ littore curuo
Tyrrhenum/Siculum/necnon ſimul Adria vaſtus
Finibus at proprijs exceptant ſingula ventos
Tyrrhenum Zephyro:Siculum ſed tundit̃ Auſtro:
Adria ſuccurrens Eoo frangitur Euro.
At poſt Sicaniam tractu diffunditur alto
Syrtis Ad Syrtim pelagus/Lybicis quę cingitur oris:

Maiorem poſtquam minor excipit: ęquora longe
Atq; ſinu gemino reſonantia littora pulſant
Finibus a Siculis Cretęum tenditur ęquor — Mare Cretęũ
Ad ſolis veniens ortus Salmonida poſcens
Dicitur Eous qui Crętę terminus eſſe:
Poſt hanc eſt geminũ marevaſtũ fluctibus atris
Fluctibus Hiſmarici Borę quod tunditur atris.
Quod ruit aduerſus celſę de partibus Arcti
Quod prius eſt Phariũ perhibẽt: hoc littora tãgit — Phariũ
Pręcipitis caſu montis: poſt vnda ſecunda
Sidoniũ eſt pelagus: penetrat qua gurgite pontus. — Sidonium
Iſicus Arctoas ad partes ęquore vergens.
Non longe rectus: Cilicum nam frangitur oris.
Hinc Zephiros poſcens veluti draco flectiť vndis
Quod iuga montiuagus vaſtat: ſiluaſq; fatigat:
Partibus extremis Pamphilia clauditur iſto:
Atq; Chelidonię rupes cinguntur eodem
At procul hunc zephyrus finit Patareide ſumma:
Poſt hęc Arctoas ad partes aſpice rurſus
Aegeum/ſuperat qui fluctibus ęquora cuncta: — Aegęũ
Diſperſas vaſto qui gurgite Cycladas ambit
Terminat hũc imbros pariter Tenedoſq; coercẽs
Anguſta trahiť qua fauce Propontidis vnda
Aſia: quam ſupra populis diſtenditur amplis
Ad Notiam partem: qua latus ducitur Iſthmos:
Threicius ſequitur poſt Boſphorus oſtia ponti: — boſphorus.
Hoc nullum perhibent terras anguſtius orbis

Simplegades Eſſe fretum dirimens: hic ſunt Symplegades arctę:
Panditur hic ponti pelagus Titanis ad ortus
Quod petit obliquo Boream ſolemq́; meatu
Hinc atq́; hinc medio percurrunt ęquore colles:
Vnus qui veniens Aſię de parte Carambis
Dicitur auſtrali: ſed contra finibus alter
Prominet Europę hunc criu dixere metopon:
Ergo conueniunt aduerſi gurgite tanto
Diſtantes quantũ ternis tranſire diebus
Eualeat nauis: bimarem ſic ęquore pontum
Aſpicias ſimilem cornu quod flectitur arcus
Neruo curuati diſtento dextera neruum
Aſſimilat: recto trahitur nam linea ductu
Extra quam Boream quo ſcandit ſola Carambis
Sed formam cornu geminatis flexibus edit
Littus: quod pontum cingit ſub parte ſiniſtra
Meotis In quam Meotis penetrans Aquilionis ad axes
Quam Scythię gentes circundant vndiq́; ripis
Et matrem ponti perhibent Meotidis vndam.
Scilicet hic ponti vis exit gurgite multo
Thaurus Cimmeriũ torrens per Boſphoron hic vbi Thaurũ
Cimmerij gelidis habitant ſub finibus imum
Hęc maris eſt ſpecies ſplendens hęc forma ꝓfundi.

Eſt aũt vt prędiximus mare plęnum inſulis e quibus maximę & principaliores iuxta Ptholomęum hę ſunt

Taprobana in mari Indico ſub ęquatore

Albion quę & Britannia & Anglia
Sardinia in mari mediterraneo
Candia quę & Creta in ſinu Aegeo
S elandia
Sicilia — in mari mediterraneo
Corſyca
Ciprus

Extra Ptholomęum

Ma dagaſcar in mari Praſodo
Zamzibar
Iaua in Oceano Indico orientali
Angama
Peuta In oceano Indico
Seula
Zipangri in Oceano occidentali

Priſcianus

Hę ſunt ingentes quas cingit Tethyos vnda
Inſulę: adhuc alię diuerſis partibus orbis.
D iuerſę plures fama latuere minores
A uris difficiles nautis vel portubus aptę
Q uarũ non facile eſt mihi promere nomina verſu:

Cęterũ vt vnius loci ab altero diſtantiam cognoſcere poſſis poli eleuatio tibi cũprimis cõſideranda venit. Annotandũ igiť paucis quod (vt ex ſuperioribus liquet) viuentibus ſub paralello ęquinoctiali vterq́ polus in horizonte eſt. Eunti autẽ ad ſeptẽtrionem eo magis ſubleuať polus quanto plus aliquis ab ęquatore diſceſſerit. Quę poli eleuatio re-

Prolo- quium.

gionũ & locorũ ab ęquatore diſtantiã demõſtrat. Eſt ẽm tantus loci tractus ab ęquatore cuius mẽſurã ſcire deſideras / quãta ẽ eleuatio poli ad zenith eiuſdẽ. Ex quibus milliariũ numerus facilis cognitu euadit/dũ eundẽ ꝑ numerũ eleuatiõis poli multiplicaueris. Verũ tñ nõ ſunt ſecũdũ Ptholomęi ſententiã milliaria a circulo ęqnoctiali ad Arcton vbiꝙ gẽtiũ ęquales. Nã a primo ęquatoris gradu vſqꝫ ad duodecimũ/qlibet graduũ ſexaginta Italica milliaria cõtinet quę faciũt.15 Germanica. Cõmuniter ẽm quatuor Italica pro vno Germanico reputant. Et a.12.gradu vſqꝫ ad.25.quilibet.59. milliaria facit quę ſunt Germanis.14.$\frac{1}{2}$.$\frac{1}{4}$. Atqꝫ vt res fiat apertior ponemus formulam ſequentem.

	Gradus	Gradus	Millia Ital.	Mil. Ger
Aequator.	1	12	60	15
	12	25	59	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$
Tropicus.	25	30	54	13 $\frac{1}{2}$
	30	37	50	12 $\frac{1}{2}$
	37	41	47	11 $\frac{1}{4}$
	41 uſqꝫ ad	51 faciunt	40	10
	51	57	32	8
	57	63	28	7
	63	66	26	6 $\frac{1}{2}$
Circu. Arcti.	66	70	21	5 $\frac{1}{4}$
	70	80	6	1 $\frac{1}{2}$
Polus Arcti.	80	90		0

Et ita quoq; ab ęquinoctiali verſus polos tam antarcticum q̄ arcticum graduū latitudinis cōtinentia variatur. Quod ſi ſcire volueris quot ab vno loco ad alium milliaria ſint/perpende diligenter in quibus gradibus latitudinis ſint talia loca & quot gradus medient/ deinde vide in formula ſuperiori quot milliaria talis gradus habeat & multiplica numerū milliariū per numerū mediorū graduū/ atq; milliariū numerus reſultabit: quę cū Italica fuerint diuidas per quatuor/ & Germanica habebis.

Hęc ꝓ inductione ad Coſmographiā dicta ſufficiāt ſi te modo ām̄onuerimus prius/nos in depingendis tabulis typi generalis nō omnimodo ſequutos eſſe Ptholomęū/pręſertim circa nouas terras vbi in cartis marinis aliter animaduertimus ęquatorem cōſtitui q̄ Ptholomęus fęcerit.Et ꝓinde nō debēt nos ſtatim culpare qui illud ipm̄ notauerint. Conſulto em̄ fœcimus quod hic Ptholomeū/alibi cartas marinas ſequuti ſumus.Cū & ipſe Ptholomęus quinto capite primi libri.Non omnes continentis partes ob ſuę magnitudinis exceſſum ad ipſius perueniſſe noticiam dicat/ et aliquas quemadmodum ſe habeant ob peregrinantium negligentiam ſibi minus diligenter traditas/alias eſſe quas aliter atq; aliter ſe habere cōtingat ob corruptiones & mutationes in quibus ꝓ parte corruiſſe cognitę ſunt. Fuit igiť neceſſe(quod ipſe ſibi etiā faciundū ait)ad no-


Notes:

Ptholomęus.

nas temporis noſtri/ traditiones magis intendere. Et ita quidem temporauimus rem /vt in plano circa nouas terras & alia quępiam Ptholomęū: in ſolido vero quod plano additur deſcriptionē Americi ſubſequentem ſectati fuerimus.

APPENDIX

Annectamus adhuc ſuperioribus anteaq̃ receptui canamus eleuationis poli atq̃ ipſius zenith ac centri horizontis & climatū quadrantē velut parergon & quoddā corolariū. Quamuis ſi recte conſiderauerimus is quadrans de quo dicemus non ſit ad has res impertinēs. Coſmographū em̄ vel maxime poli ſupra caput eleuationē/zenith/& terrę climata cognoſcere oportet. Format̄ itaq̃ idem quadrans hoc pacto. Diuide quēcunq̃ circulū in partes quatuor/ita quod duę diametri ſe in centro ad angulos rectos interſecent: quarū vna(quę altera ſui parte pinnulas habet)axem polorū mūdi/& altera ęquatorem ſignificabit. Deinde eā partē circuli quę eſt inter ſemiaxem pinnulas habentem & alteram ſemidiametrum in partes.xc.diuidas/atq̃ oppoſitā in totidem/ figaſq̃ perpendiculū ad cētrum & paratus erit quadrans. Cuius hic eſt vſus. Verte eū ita vt p̄ pinnularꝫ foramina polū directe videas & ad quod clima atq̃ in quē gradū perpendiculū ceciderit/eo ip̄o climate et eleuationis gradu tua regio/quinetiā zenith atq̃ horizontis centrū exiſtit.



Hactenus exequuti capita propoſita/hic ipſas lon ginquas expaciationes ſequēter introducamus Veſputij /ſingulorum factorum exitum circa inſtitutū tradentes.

Finis introductionis

Phileſius Vogeſigena Lectori

Rura papirifero qua florent pinguia Syro
Et faciunt Lunę magna fluenta lacus
A dextris mōtes ſūt Ius/Danchis/quoqꝫ Maſcha
Illorum Aethiopes inferiora tenent
Aphrica conſurgit quibus e regionibus aura
Afflans cum Libico feruida regna Notho.
Ex alia populo Vulturnus parte calenti.
Indica veloci per freta calle venit.
Subiacet hic ęquo noctis Taprobana circo
Baſſaqꝫ Praſodo cernitur ipſa ſalo
Aethiopes extra terra eſt Baſſamqꝫ marinā
Non nota e tabulis o Ptholomęe tuis.
Corniger Zenith tropici cui cernitur hirci
Atqꝫ comes multę funditor ipſus aquę.
Dextrorſum immenſo tellus iacet ęquore cincta
Tellus/quam recolit nuda caterua virum
Hanc quem clara ſuum iactat Luſitania regem
Inuenit miſſa per vada claſſe maris.
Sed quid plura:ſitū/gentis moreſqꝫ repertę
Americi parua mole libellus habet.
Candide ſyncero voluas hunc pectore lector
Et lege non naſum Rhinocerontis habens.

Nilus. Lacus Lunę. Ius. Dāchis Maſc. Aethiopes. Aphricus. Libonothus Vulturnus. Taprobana. Marę Praſo. Pars aphricę īuenta. Amerige.

ο Τέλοσ.

QVATVOR AMERICI VE-SPVTII NAVIGATIONES

Eius qui ſubſequentē ter-
rarum deſcriptio-
nē de vulgari
Gallico in
Latinū
trāſtu
lit.

Decaſtichon ad lectorem.

Aſpicies tenuem quiſquis fortaſſe logiam
Nauigium memorat pagina noſtra placens.
Continet inuentas oras/genteſcq; recenter
Lętificare ſua quę nouitate queant.
Hęc erat altiloquo prouincia danda Maroni
Qui daret excelſę verba polita rei.
Ille quot ambiuit freta cantat Troius heros:
Sic tua Veſputi vela canenda forent.
Has igitur lectu terras viſurus/in illis
Materiam libra:non facientis opus.

Item diſtichon ad eundem

Cum noua delectent fama teſtante loquaci
Que recreare queunt hic noua lector habes

ὁ Τέλος.

Illuſtriſſimo Renato Iheruſalem
& Siciliȩ regi/duci Lotho
ringiȩ ac Barñ. Ame⸗
ricus Veſputius hu⸗
milē reuerentiā &
debitā recōmē
dationem.

Fieri pōt illuſtriſſime Rex vt tua maieſtas mea iſta temeritate ducatur in admirationē: propterea quod haſce litteras tam prolixas adte ſcribere non ſubuerear/ cum tamen ſciam te continuo in ardu⸗is conſilĳs & crebris reipublicȩ negocĳs occupatiſſimum. Atq; exiſtimabor forte non modo prȩſumptuoſus/ſed etiam ocioſus:id mihi muneris vendi⸗cans/vt res ſtatui tuo minus cōuenientes non de⸗lectabili ſed barbaro ꝓrſus ſtilo (veluti amuſus ab humanitatis cultu alienus)ad Fernandū Caſtiliȩ regem nominatim ſcriptas/ad te quoq; mittam. Sed ea quā in tuas ꝟtutes habeo cōfidentia/& cōperta ſequentiū rerū neq; ab antiquis neq; neotericis ſcriptarum veritas me corā.t.M.fortaſſis excuſabunt. Mouit me imprimis ad ſcribendum prȩſentiū lator Beneuenutus.M.t.humilis famulus/ & amicus meus nō pœnitendus/qui dum me Liſbonȩ reperiret precatus eſt vt.t.M.rerū per me quatuor profecti⸗onibus in diuerſis plagis mundi viſarum/participē facere vellem.Peregi em̄ bis binas nauigationes ad nouas terras inueniendas:quarū duas ex mandato Fernandi inclyti regis Caſtiliȩ per magnū oceani

ſinum occidentē ꝟſus ſoeci/alteras duas iuſſu Manuelis Luſitanię regis ad Auſtrū.Itaq; me ad id negocij accinxi ſperans ꝙ .t.M. me de clientum numero nō excludet: vbi recordabit̄ ꝙ olī mutuā habuerimus inter nos amiciciā tēpore iuuentutis nrē cū grāmaticę rudimēta imbibentes ſub ꝓbata vita & doctrina venerabil' & religioſi fratris de.S.Marco Fra.Georgij Anthonij Veſputij auunculi mei pariter militaremus. Cuius auunculi veſtigia vtinam ſequi potuiſſem/alius profecto(vt & ipſe Petrarcha ait) eſſem q̄ ſum.Vtcūq; tn̄ ſit/nō me pudet eſſe qui ſum.Semper em̄ in ipſa ꝟtute & rebus ſtudioſis ſummā habui delectationē. Quod ſi tibi hę narrationes omnino non placuerint:dicam ſicut Plinius ad Męcenatē ſcribit Olim facetijs meis delectari ſolebas.Et licet.M.t.ſine fine ī reipublicę negocijs occupata ſit/nihilominus tantū tēporis qn̄q; ſuffuraberis/vt has res q̄uis ridiculas(quę tamē ſua nouitate iuuabūt)pellegere poſſis.Habebis em̄ hiſce meis lr̄is poſt curarū ſomēta & meditamēta negociorū nō modicā delectationē/ſicut et ipſe foeniculus prius ſumptis eſculentis odorē dare & meliorē digeſtionē facere aſueuit.Enim vero ſi plus ęq̄ ꝓlixus fuero/veniā peto. Vale.

Inclytiſſime rex ſciat.t.M.quod ad has ipſas regiones mercādi cauſa primū venerim .Dumq; per q̄drennij reuolutionē ī eis rebus negocioſus eſſem

et varias fortunę mutatiões animaduerterem /atq̄
viderem quo pacto caduca & tranſitoria bona ho
minem ad tempus in rotę ſum̄o tenerēt/& deinde
ipſum pręcipitarent ad imū qui ſe poſſidere multa
dicere poterat:conſtitui mecū varijs taliū rerum ca
ſibus exanclatis iſtiuſmodi negocia dimitt͛e/et me-
orū laborum finem in res laudabiliores ac plus ſta-
biles ponere.Ita diſpoſui me ad varias mundi par-
tes cōtemplandas/& diuerſas res mirabiles viden
das.Ad quā rem ſe & tēpus & locus oportune ob
tulit.Ipſe em̄ Caſtilię rex Fernandus tunc quatuor
parabat naues ad terras nouas occidentem verſus
diſcooperiendas/cuius celſitudo me ad talia inueſti
ganda in ipſam ſocietatē elegit.Et ſoluimus vigeſi-
ma die Maij.Mcccc.xcvij.de portu Caliciæ iter no
ſtrū per magnū oceani ſinū capientes:in qua pro-
fectione.xviij.conſumauimus menſes/multas inue
nientes terras firmas/& inſulas pene innumerabi-
les vtplurimū habitatas/quarū maiores noſtri men
tionem nullam fœcerunt. Vnde & ipſos antiquos
taliū non habuiſſe noticiā credimus.Et niſi memo-
ria me fallat memini me in aliquo legere/quod ma-
re vacuum et ſine hominibus eſſe tenuerint.Cuius
opinionis ipſe Dantes Poeta noſter fuit/vbi duo
deuigeſimo capite de inferis loquens Vliſſis mor-
tē cōfingit.Quę autē mirabilia viderim/in ſequen-
tium proceſſu.T.M.intelliget.

PRINCIPIVM

TERRARVM INSVLARVMQVE VA-
riarum Deſcrip tio :quarum veſtuti nõ meminerũt
autores Nuper ab anno incarnati domini. M.cccc
xcvij.bis geminis nauigationibus in mari diſcurſis/
inuentarũ:duabus videlicet in mari occidentali per
dominũ Fernandum Caſtiliȩ/reliquis vero duabus
in Auſtrali ponto per dominũ Manuelẽ Potugal-
liȩ ſereniſſimos reges/ Americo Veſpucio vno ex
Naucleris nauiumq; prȩfectis prȩcipuo/ſubſequẽ
tem ad prȩfatum dominũ Fernandum Caſtilliȩ re-
gem/de huiuſmodi terris & inſulis edente narratio
nem.

ANNO DOMINI . M . CCCC.
xcvij.xx.menſis Maij die/nos cum
iiij.conſeruantiȩ nauibus Calicium
exeuntes portum/ad inſulas(olim
fortunatas/nũc vero magnam Ca
nariam dictas)in fine occidentis ha
bitati poſitas in tertio climate:ſuꝑ quo/ extra ho-
rizontem earum/ſe.xxvij.gradibus cũ duobus ter
tijs/ſeptentrionalis eleuat polus/diſtãteſq; ab hac
ciuitate Liſbona in qua cõſcriptum extitit hoc prȩ
ſens opuſculum. cc.lxxx.leucis:vento inter meri-
diem & Lebeccium ventum ſpirante/curſu primo
pertigimus.Vbi(nobis de lignis/aqua/cȩteriſq; ne
ceſſarijs prouidendo) cõſumptis octo fere diebus
nos (facta in primis ad deum oratione) eleuatis de-

hinc vento traditis velis/nauigationem noſtrã per Ponentẽ incipiẽtes:ſumpta vna Lebeccij quarta: tali nauigio tranſcurrimus vt.xxvij.vix elapſis diebus terrę cuidã applicaremus:quã firmã fore exiſtimauimus.Diſtatq́ꝫ Canarię magnę ab inſulis.M.(vel circiter)leucis:extra id quod in zona torrida habitatũ eſt.Quod ex eo nobis conſtitit:ꝙ Septẽtrionalẽ polũ extra huiuſcemodi telluris horizontẽ xvi.gradibus ſe eleuare/magiſq́ꝫ occidentalẽ.lxxv.q̃ꝫ magnę Canarię ĩſulas gradibus exiſtere cõſpeximus:ꝓput inſtrumẽta oĩa mõſtrabãt.Quo ĩ loco(iactis de prora ãchoris)claſſẽ noſtrã/leuca a littore cũ media diſtantẽ/reſtare coegimus:nonnullis ſolutis phaſelis armis & gẽte ſtipatis/cũ quibus ipm vſq́ꝫ ad littus attigimus.Quo q̃ꝫprimũ ꝑuenimus:gentẽ nudam ſecundũ littus euntem innumeram percępimus.Vnde nõ paruo affecti fuimus gaudio.Oĩes eñ qui nudi incedere conſpiciebanť:videbanť quoq́ꝫ propter nos ſtupefacti vehementer eſſe.Ex eo(vt arbitror)ꝙ veſtitos/alteriuſq́ꝫ effigiei q̃ꝫ forẽt/nos eſſe intuiti ſunt.Hij poſtq̃ꝫ nos aduemiſſe cognouerunt/omnes in propinquũ montẽ quendam aufugerũt:a quo tunc nec nutibus nec ſignis pacis et amicicię vllis/vt ad nos accederẽt allici potuerũt.Irruente vero interea nocte/nos claſſem noſtrã male tuto in loco(vbi nulla marinas aduerſus procellas tuta reſidentia foret)cõſidere timentes:cõuenimus

vna/vt hinc(mane facto)diſcederemus:exquirere-
muſq; portũ quempiam/vbi noſtras ſtatione in tu
ta collocaremus naues. Qua deliberatiõe arrepta/
nos vento ſecundũ collẽ ſpiranti traditis velis/poſt
q̃(viſu terram ipſam ſequendo/atq; ipſo plagę in
littore/gentes cõtinue percipiendo)duos integros
nauigauimus dies:locum nauibus ſatis aptum com
perimus.In quo media tantũ leuca diſtantes ab ari
da/conſtitimus:vidimuſq; tunc inibi innumerabi-
lem gentiũ turbam/quam nos cominus inſpicere/
& alloqui deſiderantes:ipſamet die littori cũ cym-
bis & nauiculis noſtris appropiauimus:necnon &
tunc in terram exiuimus/ordine pulchro.xl.circiter
viri huiuſcemodi gente ſe tamen a nobis & cõſor-
tio noſtro penitus alienam prębẽte.Ita vt nullis eã
modis ad colloquiũ cõmunicationemue noſtrã alli
cere valuerimus : pręter ex illis paucos/ q̊s multos
poſt labores ob hoc ſuſceptos/tandem attraximus
ad nos dando eis nolas/ſpecula/ certos criſtallinos
aliaq; ſimilia leuia/ qui tum ſecuri de nobis effecti/
conciliatum nobiſcum/necnon de pace & amici-
cia tractatum venerunt. Subeunte autem interim
nocte/nos ab illis noſmet expedientes (relictis eis)
noſtras regreſſi ſumus ad naues.Poſtea vero ſub-
ſequentis ſummo diluculo diei/infinitam in littore
virorum & mulierum paruulos ſuos ſecum ve-
ctantium gentem rurſum conſpeximus cognoui-

muſq́ȝ multitudinē illam ſupellectilem ſuam ſecum deferre totam /qualem infra ſuo locum dicet. Quorum q̃ȝplures q̃ȝplurimum terrę appropiauimus ſemet in ęquor proijcientes(cum maximi natatores exiſtent)quantus eſt baliſtę iactus nobis venerunt natantes obuiam/ſuſcęperūtq́ȝ nos humaniter: atq́ȝ ea ſecuritate & confidentia ſeipſos inter nos commiſcuerunt ac ſi nobiſcū diutius antea cōueniſſent & pariter frequentius practicauiſſent : pro qua re tunc per parum oblectati fuimus. De quorum moribus(quales eos habere vidimus)hic/quando quidem ſe cōmoditas offert/interdum etiam interſerimus.

De moribus ac eorum viuendi modis.

q VANTVM AD VITAM/EORVM q́ȝ mores omnes: tam mares q̃ȝ fœminę nudi penitus incedunt tectis non aliter verendis q̃ȝ cum ex vtero ꝓdierunt. Hij mediocris exiſtentes ſtaturę multum bene proporcionati ſunt quorū caro ad rufedinē(veluti leonū pili)vergit: qui ſi veſtimētis operti mearēt albi(credo)tāq́ȝ nos extarēt. Nullos habēt in corꝑe pilos ꝑterq́ȝ crines q̃s

ꝓcęros nigreſcẽteſqꝫ gerunt/& prężertim fœminę quę propterea ſũt tali longo nigroqꝫ crine decorę. Vultu non multũ ſpecioſi ſunt q̃m latas facies tartarijs adſimilatas habẽt/nullos ſibi ſinunt in ſupercilijs oculorumue palpebris ac corpore toto(crinibus demptis)excreſcere villos/ob id quod habitos in corpore pilos quid beſtiale brutaleqꝫ reputant. Omnes tam viri qꝫ mulieres ſiue meando ſiue currendo leues admodum atqꝫ veloces exiſtũt:q̃m(vt frequenter experti fuimus)ipſę etiam mulieres vnã aut duas ꝑcurrere leucas nihiliputãt/ & in hoc nos chriſticolas multũ pręcellunt. Mirabiliter ac vltra qꝫ ſit credibile natant:multo quoqꝫ melius fœminę qꝫ maſculi quod frequenti experimento didicimus cum ipſas etiã fœminas omni prorſus ſuſtentamine deficientes duas in ęquore leucas pernatare perſpeximus. Arma eorum arcus ſunt & ſagittę/quas multũ ſubtiliter fabricare norunt. Ferro metalliſqꝫ alijs carent:ſed pro ferro beſtiarum piſciumue dentibus ſuas ſagittas armant/quas etiam(vt fortiores exiſtant)vna quoqꝫ ſepe pręurunt. Sagittarij ſunt certiſſimi. Ita vt quicquid voluerint iaculis ſuis feriant:nonnulliſqꝫ in locis mulieres quoqꝫ optimę ſagittatrices extant. Alia etiam arma habẽt veluti lanceas præacutaſue ſudes/ necnõ & clauas capita mirifice laborata habentes. Pugnare potiſſimũ aſſueti ſunt aduerſus ſuos alienigenę linguę confines cõ

tra quos nullis parcendo(niſi vt eos ad acriora tor-
menta reſeruent)multum crudeliter dimicāt. Et cū
in prælium properant ſuas ſecum vxores(non bel-
ligeraturas/ſed eorum poſt eos neceſſaria perlatu-
ras)ducūt/ob id q̄ ſola ex eis mulier tergo ſibi plus
imponere poſſit /& deinde.xxx.xl.ve leucis ſubue-
here(prout ipſi ſæpe vidimus)q̄ vir(etiam validus)
a terra leuare queat. Nulla belli capita nulloſue præ-
fectos habent/quinymmo(cū eorum quilibet ex ſe
dominus extet)nullo ſeruato ordine meant. Nulla
regnandi dominiūue ſuum extendendi aut alterius
inordinatæ cupiditatis gratia pugnant ſed veterem
ſolum ob inimiciciam in illis ab antiquo inſitam: cu-
iuſquidem inimiciciæ cauſam interrogati nullā aliā
indicant niſi vt ſuorum mortes vendicent anteceſ-
ſorum. Hæc gens ſua in libertate viuens nulliq̄ obe-
diens nec regem nec dominū habet. Ad præliū autē
ſe potiſſimum animant & accingunt cum eorū ho-
ſtes ex eis quempiam aut captiuum detinent aut in-
teremerunt. Tūc em̄ eiuſdem captiui interemptiue
conſanguineus ſenior quiſq̄ exurgens exit cito in
plateas & vicos paſſim clamitans inuitanſq̄ om̄es
& ſuadens vt cum eo in prælium conſanguinei ſui
necem vindicaturi properent: qui omnes cōpaſſio-
ne moti mox ad pugnam ſe accingunt atq̄ repen-
te in ſuos inimicos irruunt. Nulla iura/nullamue iu-
ſticiam ſeruant: malefactores ſuos nequaquam pu-

niunt/quinymmo nec parentes ipſi paruulos ſuos edocent aut corripiunt. Mirabiliter eos inter ſeſe conqueſtionari nonnunq̄ vidimus. Simplices in loquela ſe oſtentant, verum callidi multum atq; aſtuti ſunt. Perraro/& ſummiſſa voce loquūtur/eiſdē quibus vtimur accentibus vtentes. Suas vtplurimum voces inter dentes & labra formantes: alijs vtuntur vocabulis q̄ nos. Horū plurimę ſunt ydiomatū varietates quoniā a centenario leucarum in centenariū diuerſitatem linguarum ſe mutuo nulla tenus intelligentiū reperimus. Cōmeſſandi modū valde barbarum retinent: nec quidem notatis man ducant horis/ſed ſiue nocte ſiue die quotiens edendi libido ſuadet. Solo manducantes accumbunt/& nulla mantilia nullaue gauſapa(cū lineamentis pannisq; alijs careant) habent. Epulas ſuas atq; cibaria in vaſcula terrea quę ipſimet cōfingunt/aut in medias cucurbitarum teſtas ponunt. In retiaculis quibuſdam magnis ex bombice factis & in aere ſuſpēſis dormitant: qui modus q̄uis inſolitus & aſperior fortaſſis videri queat/ego nihilominus talē dormitandi modum ſuauem plurimum iudico. Etenim cum in eiſdem eorū retiaculis mihi plerumq; dormitaſſe contigerit/in illis mihimetipſi melius q̄ in tapetibus quas habebamus eſſe perſenſi. Corpore valde mūdi ſūt et expoliti/ex eo q̄ ſeipos freq̄ntiſſi

me lauant. Et cum egeſtum ire(quod ſalua dixerim reuerentia)coacti ſunt/ omni conamine nitunť vt a nemine perſpici poſſint: qui quidem in hoc quanto honeſti ſunt tanto in dimittenda vrina ſe in mun⸗dos inuerecundoſq̧ tam mares q̄ fœminę prębēt/ cum ſiquidem illos nobiſcum loquentes & coram poſitos ſuam impudiciſſime vrinam ſępius emin⸗xiſſe perſpexerimus. Nullā legē/nullū legitimū thori fœdus ī ſuis cōnubijs obſeruāt/quinymmo quot quot mulieres quiſq̧ cōcupiſcit/tot habere & dein de illas quandocūq̧ volet(abſq̧ hoc ꝙ id pro iniuria aut opprobrio habeant)repudiare poteſt. Et in hac re vtiq̧ tam viri q̄ mulieres eadē libertate fru⸗untur. Zœloſi parū/libidinoſi vero plurimū extāt: magiſq̧ fœminę q̄ maſculi: quarum artificia vt inſatiabili ſuę ſatiſfaciant libidini hic honeſtatis gratia ſubticenda cenſuimus. Eę ipſę in generandis paruulis fœcundę admodū ſunt: neq̧ dū grauidę effectę ſunt penas aut labores euitant. Leuiſſimo minīoq̧ dolore pariunt. Ita vt in craſtinum alacres ſanatęq̧ vbiq̧ ambulent: pręſertimq̧ poſt partū in flumen quodpiam ſeſe ablutū vadunt/tumq̧ ſanę munda tęq̧ inde(veluti piſcis)apparent. Crudelitati aūt ac odio maligno adeo deditę ſūt/vt ſi illas ſui forſitan exacerbauerint viri/ ſubito certū quoddā efficiunt maleficiū: cū q̄ p̄ ingēti ira ꝓprios fętus ī ꝓprijs vteris necāt abortiūtq̧ deinde: cuius rei occaſiōe īfiniti

eorum paruuli pereunt. Venuſto & eleganti ꝓpor
tione cõpacto corpore ſunt Ita vt in illis quitquã
deforme nullo inſpici modo poſſit Et quãuis diſ-
nude ambulent inter fæmina tamen earum/ pudi-
bunda ſic honeſte repoſta ſunt vt nullatenus vide
ri queant preterquam regiuncula illa anterior quã
verecundiore vocabulo pectuſculum ymũ voca-
mus quod & in illis vtiq̃ non aliter q̃ honeſte na-
tura ipſa videndum reliquit Sed & hoc nec quidẽ
curant qm̃ vt paucis expediam nõ magis in ſuorũ
viſione pudendorũ mouentẽ q̃ nos in oris noſtri/
aut vultus oſtententatiõe. Admirandũ per valde
rem ducerent mulierẽ in eis mammillas pulpas ve
laxas aut ventrem rugatũ ob nimiũ partũ habentẽ
cum omnes equæ integre ac ſolide poſt partũ ſem
per appareant ac ſi nũq̃ peperiſſent. Hee quidem
ſe noſtri cupientiſſimas eſſe monſtrabant. Nemi-
nem in hac gente legem aliquam obſeruare vidi-
mus nec quidem iudei aut mauri nuncupari ſoli-
de qneuut cum ipſis gentilibus aut paganis mul-
to deteriores ſint Etenim nõ perſenſimus q̃ ſacrifi
cia vlla faciant aut q̃ loca orationiſue domos ali-
quas habeant. horum vitã(que omnino voluptu-
oſa eſt) Epy cuream exiſtimo illorum habitationes
ſingulis ipſis ſunt communes/ Ipſeq̃ illorum do-
mus campanarum inſtar cõſtructe ſunt firmiter ex
magnis arboribus ſolidate palmarũ folijs deſuper

contecte & aduerſus ventos & tempeſtates tutiſſi me nõnulliſq; in locis tam magnę vt in illarũ vnica ſexcentas eſſe perſonas inuenerimus. Inter quas octo populoſiſſimas eſſe cõperimus ſic vt in eis eſ- ſent habitarentq; pariter animarũ decẽ milia. Octẽ nio quolibet aut ſeptennio ſuas ſedes habitationeſ ue tranſferũt/qui eius rei cauſam interrogati natu- rale reſponſum dederũt dicentes q͡ phebi vehemẽ tis eſtus occaſionę hoc facerẽt ob id q͡ ex illoꝝ lon giore in eodem loco reſidentia aer infectus corru- ptuſq; redderetur quę res in eorũ corporibus vari as cauſaret ęgritudines quęquidẽ eorũ ratio nõ ma le ſumpta nobis viſa eſt Eorum diuitię ſũt varioꝝ colorũ auium plumę aut in modũ lapillorum illoꝝ quos vulgariter pater noſter vocitamus lamine ſi- ue calculi quos ex piſcium oſſibus lapillis ve viridi bus aut candidis faciunt & hos ornatus gratia ſibi ad genas labia vel aures ſuſpendunt. Alia quoq; ſi milia futilia & leuia pro diuitijs habẽt quę nos omi no parui pendebamus. Cõmutatiõibus aut merci monijs in vendendo aut emendo nullis vtunť qui bus ſatis eſt quod natura ſponte ſua propinat Au rum vniones iocalia cęteraq; ſimilia quę in hac Eu- ropa pro diuitijs habemus nihil extimant ĩmo pę- nitus ſpernunt nec habere curant. In dando ſic na- turaliter liberaliſſimi ſunt vt nihil qnod ab eis ex- petatur abnegent. Et quemadmodum in dando li-

berales ſunt ſic in petendo & accipiendo cupidiſſimi poſtq̃ ſe cuiquam amicos exhibuerint. Maximum potiſſimumq́ amicicię ſue ſignum in hoc perhibent q tam vxores q̃ filias proprias amicis ſuis pro libito habendas offerunt in qua re parens vterq́ ſe longe honoratū iri exiſtimat cum natā eius & ſi virginem ad concubitū ſuum quiſpiam dignatur & abducit & in hoc ſuam inter ſe amiciam potiſſimum cōciliant. Varijs in eorꝫ deceſſu multiq́ modis exequijs vtuntur. Porro ſuos nōnulli defūctos in humo cum aqua ſepeliūt & inhumant illis ad caput victualia ponentes quibus eos poſſe veſci & alimentari putant nullum deinde ꝓpter eos alium planctum aut alias cerimonias efficientes. Alij quibuſdam in locis barbariſſimo atq́ inhumaniſſimo ſepeliendi vtuntur modo. Quippe cū eorum quēpiam mortis momento proximum autumant illū eius propinquiores in ſiluam ingentem quamdam deferunt vbi eū in bombiceis retiaculis illis in quibus dormitant impoſitum & recubantē ad duas arbores in aera ſuſpendunt ac poſtmodum ductis circa eū ſic ſuſpenſum vna tota die choreis irruente īterim nocte ei aquā victūq́ aliū ex q̄ quatuor aut circiť dies viuere q̄at ad caput apponūt & deinde ſic inibi ſolo pendēte relicto ad ſuas habitatiōes redeūt quibus ita pactis ſi iſdē ęgrotus poſtea mādu cet & bibat ac inde ad cōualeſcentiam ſanitatemq́

redeat & ad habitationē ꝓpriam remeet illū eius affines ac propinqui/cū maximis ſuſcipiūt cerimo niјs At perpanci ſuut qui tā grande pręteréant pe riculū cū eos ibidem nemo poſtea viſitet qui ſi tūc inibi forſan decedūt nullā aliam habent poſtea ſe-pulturā. Alios quoqꝫ complures barbaros habent ritus quos euitande ꝓlixitatis hic omittimus gra-tia. Diuerſis varijſqꝫ medicamībus in ſuis morbis & ęgritudinibus vtunᵗ quę ſic a noſtris diſcrepant & diſcōueniunt vt miraremur haud parū qualiter inde quis euadere poſſet Nempe vt frequenti didi cimus experientia cū eorū quempiā febricitare cō-tigerit hora qua febris eum aſperius inquietat ipm in frigentiſſimā aquā immergūt & balneant poſt-modumqꝫ per duas horas circa ignem validū(do nec plurimum caleſcat)currere & recurrere cogūt & poſtremo ad dormiendum deſerunt quoqui-dem medicamento cōplures eorū ſanitati reſtitui vidimus. Dietis etiā(quibus tribus quatuor vt die bus abſqꝫ cibo & potu perſiſtunt)freqnentiſſimis vtunᵗ. Sanguinē quoqꝫ ſibi perſepe cominuūt nō in brachijs(ſalua ala) ſed in lumbis & tibiarū pul-pis. Seipſos etiam ad vomitū cū certis herbis quas in ore defetunt medicaminis gratia plerūqꝫ prouo cant & multis alijs remedijs antidotiſqꝫ vtunᵗ quę longum dinumerare foret Multo ſanguine multo-qꝫ flegmatico humore habundant cibariorū ſuorū

occaſiõe q̃ ex radicibus/fructibus/herbis/varijſq́ piſcibus faciunt. Omni farris granorũq́ aliorum ſe mine carent Cõmunis vero eorum paſtus ſiue vi‑ ctus arborea radix quedam eſt quã in farrinã ſatis bonã cõminuunt & hanc radicem quidam eorum iucha alij chambi alij vero ygnami vocitant. Alijs carnibus/preterq́ hominũ per raro veſcunt in qui buſquidem hominũ carnibus vorandis ſic in huma ni ſunt & inmanſueti vt in hoc omnẽ feralem om‑ nem ve beſtialẽ modũ ſuperent. omnes eñ hoſtes ſuos quos aut perimunt aut captos detinẽt tam vi ros q̃ fæminas indiſtincte cum ea feritate degluti‑ unt vt nihil ferum/nihil ve brutũ magis dici vel in ſpici queat quoſquidẽ ſic eferos ĩmaneſq́ fore / va rijs in locis mihi frequentius contigit aſpexiſſe mi‑ rantibus illis q͛ inimicos noſtros ſic quoq́ nequa‑ quam manducaremus. Et hoc pro certo maieſtas veſtra regia teneat Eorꝝ cõſuetudines(quas pluri‑ mas habent)ſic barbare ſunt vt hic nunc ſufficien‑ ter ſatis enarrari nõ valeãt. Et qm̃ in meis hiſce bis geminis nauigatõibus/tam varia diuerſaq́ ac tam a noſtris rebus & modis differẽtia perſpexi Idcir‑ co libellũ quẽpiam (quẽ quattuor dietas ſiue qua‑ tuor nauigationes appello)cõſcribere paraui con‑ ſcripſiq́ in quo maiorem rerũ a me viſarũ partẽ di ſtincte ſatis/iuxta ingenioli mei tenuitatẽ /collegi. Verũtamen non adhuc publicaui. In illo vero qm̃

omnia particulariter magis ac ſingillatim tangentur idcirco vniuerſalia hic ſolūmodo ꝓſequens ad nauigationem noſtrā priorem perficiendā a qua pauliſper digreſſus fueram iam redeo.

IN HOC NAVIGII NOSTRI PRIMORdio notabilſ cōmoditatis res/nō vidimuſ idcirco(vt opinor)ꝙ eorꝫ linguā nō capiebamus preterꝙ nōnullā auri denotantiā/quod nōnulla indicia in tellure illa eſſe monſtrabant. Heccine ꝟo tellus quo ad ſui ſitū poſitionēꝙ tam bona eſt vt vix melior queat. Cōcordauimus aūt vt illā derelinquētes lōgius nauigationē ꝓduceremus. Qua vnanimitate ſuſcepta/nos dehinc aridā ipam collateraliter ſemp̄ ſectātes necnō gyros mltos ſcalaſꝙ plures circūeuntes & interim cū mltis varijſꝙ locorꝫ illorū incolis cōferentiā habentes /tandē certos poſt aliquot dies portui cuidā applicuimus/in quo nos grandi a periculo altitono ſpiritui cōplacuit eripere. Huius eñi modi portū ꝙprimū introgreſſi fuimus populationē vnā eorꝫ hoc eſt pagū aut villā ſuper aquas(vt Venetię)poſitā cōperimus/in qua ingētes.xx.edes aut circiter erāt in modū campanarū vt prętactum eſt effectę atꝙ ſup̄ ligneis vallis ſolidis & fortibus firmiter fundatę/ prę quarū porticibus leuaticij pōtes porrecti erant per quos ab altera ad alterā tam ꝙ per cōpactiſſimam ſtratā tranſitus erat. Igiť huiuſmodi populatōis incolę ꝙprimū nos intuitu ita

ſunt magno propter nos timore affecti ſunt/ꝗ ob⸗
rem ſuos confeſtim pontes omnes cõtra nos eleua
uerunt & ſeſe deinde in ſuis domibus abdiderunt
Quã rem ꝓſpectantibus nobis & haud paꝝ admi
rantibus ecce duodecim eorũ lintres vl̓ circiter/ ſin
gulas ex ſolo arboris caudice cauatas(quo nauium
genere vtunt̃)ad nos interim per ęquor aduentare
conſpeximus/quoꝝ naucleri effigiem noſtrã habi
tũq; mirantes ac ſeſe circũ nos vndiq; recumferen
tes nos eminus aſpiciebãt. Quos nos quoq; ex ad
uerſo proſpicientes/plurima eis amicicię ſigna de⸗
dimus/quibus eos/vt ad nos intrepidi accederent/
exhortabamur/quod tñ efficere cõtẽpſerunt. Quã
rem nobis ꝑcipientibus mox ad eos remigare incę
pimus/ qui nequãq; nos pręſtolati ſũt quinymmo
oĩs cõfeſtim in terram fugerũt datis nobis interim
ſignis vt illos pauliſper expectaremus. Ipi em̃ extẽ
plo reuerſuri forent. Tumq; in montẽ quendã ꝓpe
rauerũt/a q̊ eductis bis octo iuuencul̓ & ĩ lintribus
ſuis p̃fatis vna ſecũ aſſũptis mox v̓ſus nos regreſ⸗
ſi ſũt. Et poſt hęc ex iuuẽcul̓ ipis q̃tuor ĩ ſingul̓ na
uiũ nr̃aꝝ poſuerũt/quẽ faciẽdi modũ nos haud paꝝ
admirati tũc fuimus/ꝓut vr̃a ſatis ꝑpẽdere p̃t ma⸗
ieſtas. Cęterũq; cũ lintribus ſuis p̃miſſis inẗ nos na
ueſq; nr̃aſ cõmixti ſũt & nobiſcũ ſic pacifice locuti
ſũt vt illos amicos nr̃os fideliſſimos eſſe reputare⸗
mus. Inẗea v̓o ecce q̊q; ex domibuſ eoꝝ p̃mẽoratiſ

gens non modica per mare natitans aduentare ce-
pit quibus Ita aduenientibus & nauibus nr̄is iam
appropinquare incipientibus nec tn̄ proinde mali
quitq̄ adhuc ſuſpicaremur rurſū ad earūdē domo
rū eoꝝ fores/vetulas nōnullas cōſpeximus quę im
maniter vociferantes & cœlū magnis clamoribus
implentes ſibimet/in magnę anxietatis indiciū pro
prios euellebāt capillos quę res magnā mali ſuſpe-
ctionem nobis tunc attulit Tumq̄ ſubito factū eſt
vt iuuencule ille quas in nr̄is impoſuerant nauibus
mox ī mare ꝓſilerent ac illi qui in lintribus erant ſe
ſe a nobis elongantes mox contra nos arcus ſuos
intenderent noſq̄ duriſſime ſagittarent. Qui vero
a domibus per mare natantes adueniebant ſinguli
latentes in vndis lanceas ferebant ex quibus eorū
proditionē cognouimus Et tum nō ſolum noſmet
magnanimiter defendere verū etiam illos grauiter
offendere incepimus Ita vt plures eorum faſellos
cum ſtrage eorū nō parua perfregerimus & pęni-
tus in ponto ſubmerſerimus ꝓpter quod reliquis
faſelis ſuis cū damno eorū maximo relictis per ma-
re natantes omnes in terram fugerunt inter emptis
ex eis.xx.vel circiter vulneratis vero pluribus & ex
noſtris quinq̄ dumtaxat leſis qui omnes ex dei gra
tia incolumitati reſtituti ſūt Comprehēdimus autē
& tunc ex pretactis iuuenculis duas & viros tres
ac dehinc domos eoꝝ viſitauimus & in illas introi

uimus verꝝ ĩ eis quitquã(niſi vetulas duas et egro-
tantem virũ vnicũ)non inuenimus.quaſquidẽ eo-
rum domos igni ſuccendere nõ voluimus ob id ꝙ
cõſcientię ſcrupulũ hoc ipſum eſſe formidabamus
Poſt hęc antem ad naues noſtras cũ pretactis ca-
ptiuis quinqꝫ remeauimus & eoſdẽ captiuos/prę-
terqꝫ iuuenculas ipſas/in compedibus ferreis alliga
uimus Eedẽ ꝟo iuuencule captiuorꝫqꝫ virorꝝ vnus
perueníenti nocte a nobis ſubtiliſſime euaſerũt his
itaqꝫ peractis.Sequenti die concordauimus vt re-
licto portu illo longius ſecundũ collem procedere
mus percurſiſqꝫ.lxxx.fere leucis gentem aliã quam
dam cõperimus lingua & conuerſationę penitus a
priore diuerſam Cõuenimuſqꝫ vt claſſem inibi no
ſtram anchoraremus & deinde in terram ipam/cũ
nauiculis noſtris accederemus.Vidimus autẽ tunc
ad littus in plaga gentiũ turbam.iiij.M. perſonarũ
vel circiter exiſtere qui cũ nos appropriare perſen
ſerunt nequaqꝫ nos prętolati ſunt quinymmo cun
ctis quę habebant relictis omnes in ſiluas & nemo
ra diffugerũt Tum vero in terrã proſiliẽtes/& viã
vnam in ſiluas tendentẽ/ꝙtus eſt baliſte iactus/ꝑ
ambulantes mox tentoria plura inuenimus quę ibi
dem ad piſcandũ gens illa tetenderat & in illis co-
pioſos ad de coquendas epulas ſuas ignes accende
rat/acꝑfecto beſtias ac pſes variarꝝ ſpecierũ piſces
iam aſſabat Vidimus autẽ inibi certũ aſſari animal

quod erat(demptis alis quibus carebat)ſerpenti ſi millimũ tamq̃ brutũ ac ſilueſtre apparebat vt eius nõ modicũ miraremur feritatẽ. Nobis vero per ea dem tentoria longius ꝓgredientibus plurimos hu iuſcemodi ſerpẽtes viuos inuenimus qui ligatis pe dibus ora quoq̃ finibus ligata ne eadẽ aperire poſ ſent habebãt/ꝓut de canibus aut feris alijs ne mor dere queant effici ſolet. Aſpectũ tam ferũ eadẽ prę ſeferũt animalia vt nos illa venenoſa putantes nul latenus auderemus cõtingere. Capreolis in magni tudine brachio vero cũ medio in longitudine ęqua lia ſunt. Pedes longos materialeſq̃ multũ ac forti⸗ bus vngulis armatos necnon & diſcolorẽ pellẽ di⸗ uerſiſſimã habẽt/roſtrũq̃ ac faciẽ veri ſerpẽtis ge⸗ ſtant/a quoꝝ naribus vſq̃ ad extremã caudam ſe⸗ ta quedã per tergũ ſic protendit̃ vt animalia illa ve ros ſerpentes eſſe iudicaremus/& nihilominus eis gens p̃fata veſcit̃. Panẽ ſuũ gẽs eadem ex piſcibus quos in mari piſcant̃ efficiũt. Primũ eñ piſciculos ipſos inferuentl aqua aliquantiſper excoquũt. De⸗ inde vero contundunt & cõpiſtant & in panes cõ glutinant q̃s ſuper prunas inſuper torrẽt & tandẽ inde poſtea manducãt/ hoſquidẽ panes ꝓbãtes q̃ bonos eſſe rep̃imus. Alia quoq̃ q̃mlta eſculẽta ci⸗ baria q̃ tam in fructibus q̃ in varijs radicibus reti/ nent q̃ longũ enumerare foret. Cum aũt a ſiluis ad q̃s aufugerãt nõ redirẽt nihil de rebus eoꝝ(vt am⸗

plius de nobis ſecuri fierēt) auferre voluimus qui-
nymmo in eiſdē eoꝝ tentorijs ꝑmlta de reculis no
ſtris in locis q̄ perpēdere poſſent derelinquētes ad
naues nr̄as ſub noctē repedauimus. Sequenti vero
die cū ex oriri titan inciperet infinitā in littore gen
tē exiſtere ꝑcępimus ad q̊s in terrā tūc acceſſimus.
Et ꝙuis ſe nr̄i timidos oſtēderēt ſeip̄os tn̄ īter nos
permiſcuerūt & nobiſcū practicare ac cōuerſari cū
ſecuritate cęperūt amicos nr̄os ſe plurimū fore per
ſimulantes/inſinuanteſq̧ illic habitatiōes eoꝝ non
eſſe/verꝝ ꝙ piſcandi gr̄a aduenerāt. Et idcirco rogi
tātes vt ad eoꝝ pagos cū eis accederemus ip̄i etem̄
nos tamq̧ amicos recipere vellent et hāc quidē de
nobis cōcęperāt amiciciā captiuoꝝ duoꝝ illoꝝ (q̊s
tenebamus) occaſiōe/qui eoꝝ inimici erāt. Viſa āt
eoꝝ magna rogādi importunitate cōcordauimus.
xxiij. ex nobis cū illl̄ī bono apꝑatu cū ſtabili mente
(ſi cogeret neceſſitas) oēs ſtręnue mori Cū itaq̧ no
biſcū per tres extitiſſent dies & tres cū eis ꝑ plagā
terrāq̧ illā exceſſiſſemus leucas/ad pagū vnū nouē
dumtaxat domoꝝ venimus vbi cū tot tamq̧ bar-
baris cerimonijs ab eis ſuſcepti fuimus vt ſcribere
penna nō valeat/vtputa cū choreis & cāticis ac plā
ctibus hilaritate & lęticia mixtis/necnō cū ferculꝭ ci
barijſq̧ ml̄tis. Et ibidē nocte illa requieuimus vbi
ꝓprias vxores ſuas nobis cū oī ꝓdigalitate obtulę
rūt/q̄ quidē nos ſic īportūe ſolicitabāt vt vix eiſdē

reſiſtere ſufficeremus poſtq̄ aūt illic nocte vna cū media die perſtitimus/ingēs ad mirabil'q̄ ppl's abſq̄ cūctatiōe ſtuporeq̄ ad nos inſpiciēdos aduenit q̄rꝝ ſeniores nos q̄q̄ rogabāt vt ſecū ad alios eorꝝ pagos (qui lōgius in terra erāt) cōmearemus quod et quidē eis ānuimus Hic dictu facile nō ē q̄tos ipi nobis īpēdeīt honores Fuimus aūt apud q̄mltas eorꝝ populatōes/per ītegros nouē dies cū ipis eun tes ob quod nobis nr̄i q̄ in nauibus remāſerāt retu lerīt ſocij ſe idcirco plerūq̄ ī anxietate timoreq̄ nō minīo extitiſſe. Nobis aūt bis nouē leucis aut circi ter ī eorū terra exiſtētibus ad naues nr̄as repedare propoſuimus Et quidē noſtro in regreſſu tam co⸗ pioſa ex eis virorū ac mulierū multitudo accurrit qui nos vſq̄ ad mare proſecuti ſunt/vt hoc ipſum mirabile foret. Cumq̄ noſtri quempiā ex itinere fa tigatū iri cōtingeret ipſi nos ſubleuabāt & in ſuis retiaculis ī quibus dormitāt ſtudioſiſſime ſubuehe bant. In tranſitu quoq̄ fluminū quę apud eos pluri ma ſunt & maxima/ſic nos cum ſuis artificijs ſecu rę tranſmittebāt vt nulla vſq̄ pericula pertimeſce⸗ rimus. Plurimi etiā eorū nos comitabanī rerū ſua⸗ rū onuſti/quas nobis/dederāt illas in retiaculis illis quibus dormiūt vectantes plumaria videlicet prę ditia necnō arcus multos/ſagittaſq̄ multas/ ac infi nitos diuerſorū colorum pſitacos Alij quoq̄ com⸗ plures ſupellectilem ſuā totā ferentes animalia etiā

fortunatũ ſe fœlicemq̈ putabat qui in tranſmean-
dis aquis nos in collo dorſo ve ſuo trãſuectare po-
terat Quãprimũ autẽ ad mare pertigimus & faſe-
los noſtros conſcendere voluimus in ipſo faſelorũ
noſtrorũ aſcenſu tanta ipſorum nos cõmitantiũ et
nobiſcũ aſcendere cõcertantiũ ac naues noſtras vi
dere cõcupiſcentiũ preſſura fuit vt noſtri ldem faſe
li pęne pre pondere ſubmergerent/in ipſis autẽ no
ſtris eiſdem faſelis recepimns ex eis nobiſcũ quot
quot potuimus aç eos ad naues noſtras vſq̈ per-
duximus Tanti etiam illorũ per mare natantes &
vna nos cõcomitantes aduenerũt vt tot aduenta-
re moleſtiuſcule ferremus cũ ſiquidẽ pluresq̈ mil-
le in noſtras naues licet nudi & inermes introiuiſ-
ſent/apparatum artificiũq̈ noſtrũ necnõ & nauiũ
ipſarũ magnitudinem mirantes Aſt tunc quiddam
riſu dignũ accidit Nam cũ machinarũ/tormentorũ
q̈ bellicorũ noſtrorũ quedã exonerare cõcupere-
mus et ꝓpter hoc(impoſito igne)machinę ipſę hor
ridiſſime tenuiſſent pars illorũ maxima(audito hu
iuſcemodi tonitruo)ſeſe in mare natitans percipi-
tanit veluti ſolite ſunt rane in ripa ſidẽtes quę ſi for
taſſis tumultuoſum quitquã audiunt ſeſe in ꝓfun-
dum luti latitaturę immergũt /quemadmodũ & re
gens illa tunc fecerunt illiq̈ eorũ qui ad naues au-
fugerant:ſic tunc perterriti fuerũt vt nos facti no-
ſtri noſmet rephenderemus. Verũ illos mox ſecu-

ros eſſe fecimus nec amplius ſtupidos eſſe permiſi mus inſinuantes eis ꝙ cū talibus armis hoſtes no-ſtros perimeremus. Poſtq̄ aūt illos illa tota die in nauibus nr̄is feſtiue tractauimus ipſos a nobis abi turos eſſe monuimus qm̄ ſeq̄nti nocte nos ab hinc abſcedere cupiebamus. Quo audito/ipi cū ſumma amicicia beneuolentiaq̄ mox a nobis egreſſi ſunt. In hac gente eorūq̄ terra q̄ multos eoꝶ ritus vidi cognouiq̄ in quibus hic diutius īmorari nō cupio Cum poſtea noſſe veſtra queat maieſtas qualiter in quauis nauigationū haꝶ mearū magis admiran-da annotatuq̄ digniora cōſcripſerim ac in libellum vnū ſtilo geographico collegerem quē libellū qua-tuor dietas intitulaui & in quo ſingula particularit̄ & minutim notaui ſed hactenus a me non emiſi ob id ꝙ illū adhuc reuiſere collationareq̄ mihi neceſſe eſt Terra illa gente multa populoſa eſt ac multis di-uerſiſq̄ animalibus & noſtris pauciſſime ſimilibus vndiq̄ denſiſſima. Dēptis leonibus vrſis ceruis ſui bus capreoliſq̄ & dāmis que & quidē deformita-tem quādā a noſtris retinent equis ac mulis aſiniſ-q̄ & canibus ac omni minuto pecore (vt ſunt oues & ſimilia) necnō & vaccinis armētis penitus carēt/ verūtamen alijs q̄ plurimis variorū generū anima libus (que nō facile dixerim) habundantes ſunt ſed tamen omnia ſilueſtria ſunt quibus in ſuis agendis minīe vtunt̄. Quid plura? Hij tot tantiſq̄ diuerſo-

rum modorū ac colorū pennarūq̧ alitibus fecūdi
ſunt vt id ſit viſu enarratuq̧ mirabile regio ſiqui-
dem illa multum amena fructiferaq̧ eſt/ſiluis ac ne
moribus maximis plena quæ omni tempore virēt
nec eorum vnq̧ folia fluunt. Fructus etiam innu-
merabiles & noſtris omnino diſſimiles habent hec
cine tellus in torrida zona ſita eſt directe ſub para-
lello qui cancri tropicū deſcribit vn̄ polus orizon-
tis eiuſdē ſe.xxiij.gradibus eleuat in fine climatis ſe
cundi Nobis aūt inibi exiſtentibus nos cōtēplatū
populus multus aduenit effigiem albedinemq̧ no
ſtram mirantes quibus vnde veniremus ſciſcitanti
bus e cœlo inuiſende terre gratia nos deſcendiſſe
reſpondimus quod & vtiq̧ ipſi credebāt in hac tel
lure baptiſteria fonteſuę ſacros plures inſtituimus
in quibus eorum infiniti ſeipſos baptiſari fecerunt
ſe eorū lingua charaibi hoc eſt magnę ſapientię vi-
ros vocantes Et prouincia ipſa Parias ab ipſis nun
cupata eſt .Poſtea aūt portū illum terramq̧ dere-
linquētes ac ſecundū collē tranſnauigantes & ter
ram ipſam viſu ſemper ſequentes.Dccc.lxx.leucas
a portu illo percurrimus facientes gyros circuituſ-
q̧ interim multos & cum gentibus multis conuer
ſantes practicanteſq̧. Vbi in pleriſq̧ locis aurꝝ(ſed
nō in grandi copia)emimus cū nobis terras illas re
perire & ſi ī eis aurꝝ foret tūc ſufficeret cognoſcere
Et quia tunc.xiij.iam menſibus in nauigationę nr̄a

perſtiteramus et naualia nr̃a apparatuſq; noſtri toti penę conſumpti erant homineſq; labore perfracti Cõmunem inter nos de reſtaurandis nauiculis noſtris quę aquã vndiq; recipiebant & repetunda hyſpania iniuimus cõcordiam in qua dum perſiſtẽremus vnanimitatę prope portũ vnũ eramus totius orbis optimũ in quem cũ nauibus noſtris intro euntes: gẽtem ibidẽ infinitã inuenimus quę nos cũ magna ſuſcepit amicicia in terra autẽ illa nauiculũ vnã cum reliquis nauiculis noſtris ac dolijs nouam fabricauimus ipſaſq; machinas noſtras ac tormenta bellica quę in aquis vndiq; pęne peribant in terram ſuſcepimus noſtraſq; naues ab eis exonerauimus & poſt hęc in terrã traximus et refecimus correximuſq; & pęnitus reparauimus. In qua & eiuſdem telluris incole nõ paruũ nobis adiuuamen exhibuere quinymmo nobis de ſuis victualibus ex affectu largiti ſpontę ſua fuere propter quod inibi per pauca de noſtris cõſumpſimus quãquidem rei ingenti pro beneplacito duximus cum ſatis tenuia tunc teneremus cum quibus hyſpaniam noſtram nõ (niſi indigentes) repetere potuiſſemus. In portu aũt illo. xxxvij. diebus perſtitimus frequentius ad populationes eorũ cum eis euntes vbi ſinguli nobis non paruum exhibebant honorem. No bis aũt portum eundem exire & nauigationẽ noſtrã reflectere concupiſcentiam conqueſti ſunt illi gentem

quamdã valde ferocẽ & eis infeſtam exiſtere/ qui certo anni tempore per viam maris in ipſam eorũ terrã per inſidias ingreſſi nunc ꝓditorie/nũc ꝑ vim ꝙ̃multos eorũ interimerent manducarentq̃ deinde. Alios v̾o in ſuã terrã ſuaſq̃ domos captiuatos ducerent/contra quos ipĩ ſe vix defendere poſſent nobis inſinuantes gentẽ illam quamdã inhabitare inſulã quę ĩ mari leucis centũ aut circiter erat. Quã rem ipſi nobis cũ tanto affectu ac querimonia commemorauerũt vt eis ex condolentia magna crederemus/ꝓmitteremuſq̃ vt de tantis eos vindicaremus iniurijs/ꝓpter quod illi lœtantes nõ parũ effecti/ ſeſe nobiſcum venturos ſponte ſua propria obtulerũt/quod plures ob cauſas acceptare recuſauimus demptis ſeptem quos data conditione recępimus vt ſoli in ſuis lintribus ĩ propria remearẽt/ qm̃ reducendorũ eorũ curã ſuſcipere nequaquã intendebamus cui conditioni ipſi ꝙ̃gratanter acquieuerũt. Et ita illos amicos noſtros plurimũ effectos derelinquẽtes ab eis abceſſimus. Reſtauratis aũt reparatiſq̃ naualibus noſtris/ſeptẽ per gyrũ maris (vento int̾ grecũ & leuantẽ nos ducente) nauigauimus dies Poſt quos plurimis obuiauimus inſulis quarũ quidẽ alię habitatę alię v̾o deſertę erãt. Harũ igitur vni tandẽ appropinquãtes & naues noſtras inibi ſiſtere facientes/vidimus ibidem ꝙ̃maximũ gentis aceruũ qui inſulam illã Ity nuncuparent quibus

proſpectis & nauiculis phaſeliſq; noſtris viris vali
dis & machinis tribus ſtipatis terrę eidem vicinius
appropīquātes.iiij.C.viros cū mulieribus q̄pluſtis
iuxta littus eſſe conſpeximus qui vt /de prioribus:
habitū eſt oīs nudi meantes/corp̄e ſtrenuo erāt/
necnō bellicoſi plurimū validiq; apparebant/cum
ſiquidē oīs armis ſuis arcubus videlicet & ſagit-
tis lanceiſq; armati eſſēt/ quorum quoq; cōplures
parmas etiā q̄drataue ſcuta gerebāt q̄bus ſic opor
tune ſeſe p̄muniebāt vt eos ī iaculādis ſagittis ſuis
in aliquo nō impedirēt. Cumq; cū phaſelis noſtris
terrę ipſi q̄ꝑtus eſt ſagittę volatus appropiaſſemus
oīs citius in mare ꝓſilierunt & infinitis emiſſis ſa-
gittis ſeſe contra nos ſtrenue(ne in terrā deſcende-
re poſſemus)defendere occeperīt.Oīs vero ꝑ cor
pus diuerſis coloribus depicti & varijs volucrū pē
nis ornati erant/quos hij qui nobiſcū venerāt aſpi-
cientes illos ad prēliandū paratos eſſe quotieſcun-
q; ſic picti aut auium plumis ornati ſunt nobis inſi
nuerūt.Intantū aūt introitū terrę nobis impedierīt
vt ſaxiuomas machinas noſtras in eos coacti fueri
mus emittere/quarꝫ audito tumultu impetuq; viſo
necnō ex eis pleriſq; in terrā mortuis decidiſſe pro
ſpectis/oīs interrā ſeſe recęperunt. Tumq; facto
inter nos conſilio.xlij.de nobis in terrā poſt eos cō
cordauimus exilire & aduerſus eos magno animo

pugnare quod & quidẽ fęcimus. Nã tũ aduerſum illos in terram cũ armis noſtris proſiluimus / cõtra q̃ illi ſic ſeſe nobis oppoſuerĩt vt duabus ferme horis cõtinuũ inuicẽ geſſerimus bellũ/ꝑter id q̃ de eis magnã faceremus victoriam demptis eorũ perpaucis quos baliſtarij colubrinarijq̃ noſtri ſuis intere- merunt telis quod idcirco ita effectũ ẽ quia ſeipſos a nobis ac lãceis enſibuſq̃ noſtris ſubtiliter ſubtra- hebãt. Verũtamen tanta demũ in eos incurrimus violentia vt illos cũ gladijs mucronibuſq̃ noſtris cominus attingeremus. Quoſquidẽ cũ ꝑſenſiſſent omes in fugã per ſiluas & nemora conuerſi ſunt/ac nos campi victores (interfectis ex eis vulneratiſq̃ plurimis) deſeruerunt. Hos aũt pro die illa longio- re fuga nequaquã inſequi voluimus/ob id q̃ fati- gati nimiũ tũc eſſemus quinpotius ad naues nr̃as cum tanta ſeptem illorum quę nobiſcum venerant remeauimus læticia vt tantum in ſe gaudium vix ipſi ſuſcipe poſſent. Sequẽti aũt aduẽtãte die vidimus per inſulam ipſam copioſam gentium appropinquare cateruam cornibus inſtrumentiſq̃ alijs quibus in bellis vtuntur buccinantem/qui & quo- que depicti omnes ac varijs volucrũ plumis orna- ti erant. Ita vt intueri mirabile foret quibus percę- ptis ex inito rurſũ inť nos deliberauimus cõſilio vt ſi gens hęc nobis inimicicias pararet/noſmet om̃s

in vnũ cõgregaremus videremuſq; mutuo ſemper ac interim ſatageremus vt amicos nobis illos effi-ceremus /quibus amiciciã noſtrã nõ recipientibus illos quaſi hoſtes tractaremus/ac quotquot ex eis cõprehendere valeremus ſeruos noſtros ac manci pia perpetua faceremus/& tunc armatiores vt po tuimus circa plagã ipſam ĩ gyrũ nos collegimus. Il-li vero (vt puto prę machinarũ noſtrarũ ſtupore) nos in terram tunc minime ꝓhibuerunt exilire. Ex iuimus igitur in eos in terram quadrifariam diuiſi. lvij. viri ſimguli decurionẽ ſuũ ſequentes/& cũ eis longũ manuale geſſimus bellum. Verũtamen poſt diuturnam pugnã plurimũq; certamen necnõ in-teremptos ex eis multos/omnes in fugã coegimus & ad vſq; populationẽ eorum vnam proſecuti fui mus vbi comprehenſis ex eis. xxv. captiuis eandẽ eorum populationẽ igni cõbuſſimus & inſuper ad naues noſtras cũ ipſis. xxv. captiuis repedauimus interfectis ex eadem gente vulneratiſq; plurimis/ ex nr̃is aũt interẽpto dũtaxat vno ſed vulneratis. xxij. qui oẽs ex dei adiutorio ſanitatẽ recuperaue-rũt. Cęterũ aũt recurſu ĩ patriã ꝑ nos deliberato or dinatoq; viri ſeptem illi qui nobiſcũ illuc venerant quorũ quinq; in pręmiſſo bello vulnerati extiterãt phaſelo vno in inſula illa arrepto cũ captiuis ſeptẽ (quos illis tribuimus) tres videlicet viros & quatu or mulieres in terram ſuã cũ gaudio magno et ma-

gna viriū noſtrarū admiratione regreſſi ſūt. Noſq́ꝫ hyſpanię viam ſequentes Caliciū tandem repetiuimus portū cum. CC.xxij. captiuatis perſonis. xv. Octobris die Anno dñi. M.ccccLxxxxix. Vbi lętiſſime ſuſcępti fuimus / ac vbi eoſdē captiuos noſtros vendidimus. Et hęc ſunt quę in hac nauigatiōe noſtra priore annotatu digniora cōſpeximus.

De ſecundarię nauigatiōis curſu

q VANTVM AD SECVNDARIE nauigationis curſum & ea quę in illa memoratu digna conſpexi / dicet̄ in ſequentibus. Eandem igit̄ inchoantes nauigationem Calicium exiuimus portū Anno dñi M.cccclxxxix. Maij die. Quo exitu facto nos curſum noſtrum Campiuiridis ad inſulas arripientes necnō ad inſularum magnę Canarię viſum tranſabeuntes in tantū nauigauimus vt inſulę cuidam quę ignis inſula dicit̄ applicaremus / vbi facta nobis de lignis & aqua ꝓuiſione & nauigatione noſtra rurſum ꝑ Lebecciū vētū incępta eſt. Poſt enauigatos xix. dies terrā quādā nouā tandē tenuimus / quam quidē firmā exiſtere cenſuimus cōtra illā de qua facta in ſuperioribus mētio eſt / & quę quidē terra in zona torrida extra lineam ęquinoctialem ad partē Auſtri ſita ē ſupra quā meridionalis polus ſe. v. ex

altat gradibus extra quodcunq̃ clima diſtatq̃ ea/
dem terra a pręnominatis inſulis vt per Lebeccium
ventũ cõſtabat leucis.ccccc.In qua terra dies cũ no
ctibus ęquales.xxvij.Iunij cum ſol in cancri tropi-
co eſt exiſtere reperimus .Eandẽ terrã in aquis oĩ-
no ſubmerſam necnon magnis fluminibus pfuſam
eſſe iuuenimus/quę et quidem ſemet plurimũ viri-
dem et procęras altiſſimaſq̃ arbores habentẽ mon
ſtrabat vnde neminẽ in illa eſſe tunc percępimus.
Tum vero cõſtitimus & claſſem noſtrã anchoraui
mus ſolutis nonnullis phaſelis cũ quibus.in terram
ipſam accedere tentauimus.Porro nos aditum in il
lam querẽtes & circũ eam ſępius gyrantes ipam vt
prętactũ eſt ſic fluminũ vndis vbiq̃ perfuſam in-
uenimus vt nuſq̃ locus eſſet qui maximis aquis
nõ immadeſceret.Vidimus tñ interim per flumina
ipſa ſigna q̃ multa quemadmodũ ipſa eadem tellus
inhabitata eſſet & incolis mltis fęcunda.At qm̃ ea
dẽ ſigna cõſideraturi in ipſam deſcendere nequie-
bamus/ad naues nr̃as reuerti cõcordauimus quod
& quidẽ fęcimus.Quibus ab hinc exanchoratis/
poſtea inť Leuantẽ & Seroccũ ventũ/ collateraliť
ſecundũ terram(ſic ſpirante vento) nauigauimus/
pertentantes ſępius interim pluribus q̃.xl. duranti
bus leucis ſi in ipſam penetrare inſulam valeremus
Qui labor oĩs inanis extitit. Cũ ſiquidẽ illo in late
re maris fluxũ qui a Serocco ad Magiſtralẽ abibat
ſic violentũ cõpererimus vt idem mare ſe nauigabi

le nõ pręberet. Quibus cognitis incõuenientibus consilio facto cõuenimus/vt nauigiũ noſtrũ p̄ mare ad Magiſtralē reflecteremus. Tumq; ſecũdũ terram ipam intãtũ nauigauimus vt tandē portui vni applicaremus/ qui belliſſimã inſulam belliſſimũq; ſinũ quendam in eius ingreſſu tenebat / ſupra quē nobis nauigantibus vt in illũ introire poſſemns inmenſam in inſula ipſa gentiũ turbam a mari quatuor leucis aut circiter diſtãtē vidimus . Cuius rei gr̃a lętati nõ parũ extitimus. Igit̄ paratis nauiculis nr̃is vt in eandē inſulã vaderemus lintrē quãdã in qua p̄ſonę complures erant ex alto mari venire vidimus ꝓpter quod tũc couenimus vt eis inuaſis ipos cõprehenderemus . Et tũc in illos nauigare in gyrum (ne euadere poſſent) circũdare occępimus/ quibus ſua quoq; vice nitentibus vidimus illos (aura temperata manēte) remis ſuis oĩbus ſurſum erectis quaſi firmos ac reſiſtentes ſe ſignificare velle/ quã rē ſic idcirco illos efficere putauimus vt inde nos in admirationem cõuerterēt. Cũ ṽo ſibi nos cominus appꝓpinq̃re cognouiſſent remis ſuis ĩ aquã cõuerſis terrã ṽſus remigare ĩcepeř. Attñ nobiſcũ carbaſũ vnã xlv. doliorũ volatu celerrimũ educebamus/ quę tũc tali nauigio delata eſt vt ſubito ventũ ſup̄ eos obtineret. Cumq; irruendi in illos adueniſſet cõmoditas ipſi ſeſe apparatũq; ſuũ in phaſelo ſuo ordinate ſpargētes/ ſe quoq; ad nauigandũ accinxeřt. Itaq; cũ eos prętérijſſemus/ ipi fugere conati ſũt. At nos

nõnullis tunc expeditis phaſelis/validis viris ſtipa tis illos tunc cõprehendere putantes mox in eos in currimus contra q̊s bis geminis fere horis / nobis nitentibus/niſi carbaſus noſtra quę curſu eos prę terierat rurſum ſuper eos reuerſa fuiſſet/illos peni tus amittebamus. Cum vero ipſi ſe eiſdem noſtris phaſelis carbaſoq̨ vndiq̨ conſtrictos eſſe perſpice rent om̃s q̃ circit. xx. erãt & a terra duabus fere leu cis diſtabãt/in mare ſaltu ꝓſilierunt. Quos nos cũ phaſelis noſtris tota ꝓſequentes die/nullos ex eis niſi tantumodo duos pręhẽdere potuimus alĳs oĩ bus in terram ſaluis abeuntibus. In lintre autẽ eorũ quam deſeruerant bis gemini iuuenes extabant nõ de eorum gente geniti ſed quos in tellure aliena ra puerãt/quorũ ſingulis ex recenti vulnere virilia ab ſciderant/quę res admirationẽ nõ paruam nobis at tulit. Hos autem cũ in noſtras ſuſcępiſſemus naui culas nutibus nobis inſinuarunt quemadmodũ illi eos ab ipſis manducandos abducerent/indicantes interim quod gẽs hęc tã effera & crudelis/hũanarũ carniũ comeſtrix Cambali nũcuparet. Poſtea aũt nos ipſam eorũ lintrem nobiſcum trahentes/& cũ nauiculis noſtris curſum eorũ terrã verſus arripien tes parũper interim cõſtitimus & naues nr̃as me dia tantũ leuca a plaga illa diſtãtes anchorauimus/ quam cũ populũ plurimũ oberrare vidiſſemus in illam cum ipſis nauiculis noſtris ſubito properaui

mus ductis nobiſcum duobus illis quos in lintre a nobis inuaſa cōprehenderamus. Quã primũ autẽ terram ipſam pede contigimus oms trepidi & ſe ipſos abdituri in vicinas nemorũ latebras diffugerunt. Tum vero vno ex illis quos prehenderamus abire permiſſo & plurimis illi amicicię ſignis necnõ nolis cymbalis / ac ſpeculis pleriſq; datis / diximus ei ne ꝓpter nos cęteri qui aufugerant expaueſcerent / qm̃ eorũ amicos eſſe plurimum cupiebamus / qui abiens iuſſa noſtra ſolerter impleuit gente illa tota .cccc. videlicet fere viris / cum fœminis multis a ſiluis ſecũ ad nos eductis. Qui inermes ad nos vbi cum nauiculis noſtris eramus omnes venerunt / & cũ quibus tũc amiciciam bonã firmauimus reſtituto quoq; eis alio quem captiuũ tenebamus & pariter eorum lintrem quam inuaſeramus ꝑ nauiũ noſtrarũ ſocios apud quos erat eis reſtitui mandauimus. Porro hęc eorũ linter quę ex ſolo arboris trunco cauata & multũ ſubtiliter effecta fuerat / lõga .xxvi. paſſibus et lata duobus brachijs erat. Hãc cũ a nobis recuperaſſent & tuto ĩ loco fluminis ſ re poſuiſſent oms a nobis repente fugerunt nec nobiſcum amplius conuerſari voluerunt. Quo tam barbaro facto comperto illos malæ fidei maleq; conditionis exiſtere coguouimus. Apud eos aurꝫ dũtaxat pauculũ quod ex auribus geſtabant vidimus. Itaq; plaga illa relicta & ſecundum eam nauigatis /

lxxx. circiter leucis ſtationē quandā nauiculis tutā reperimus / in quam introeūtes tantas inibi cōperimus gētes vt id mirabile foret. Cū q̄bus facta amicicia iuimus deinde cū eis ad plures eorꝝ pagos vbi mltū ſecure mltūq́ꝫ honeſte ab eis ſuſcępti fuimus & ab eis īterim. ccccc. vniones vnica nola emimus cum auro modico quod eis ex gratia cōtulimus. In hac terra vinū ex fructibus ſemētibuſq́ꝫ expreſſum vt ciceram ceruiſiamue albam et rubentē bibūt / melius aūt ex myrre pomis valde bonis cōfectū erat ex quibus cū multis q̄ꝫ bonis alijs fructibus guſtui ſapidis & corpori ſalubribus habūdanter comedimus / ꝑpterea ꝙ tēpeſtiue illuc aduenerαmus. Hęc eadē inſula eorꝝ rebus ſuppellectiliue q̄ꝫ multū habundans eſt / genſq́ꝫ ipſa bonę cōuerſationis & maioris pacificētię eſt q̄ꝫ vſq́ꝫ alibi repererimus aliā. In hoc portu. xvij. diebus cū ingenti placito perſtitimus veniētibus quotidie ad nos populis mltis nos effigiemq́ꝫ noſtrā & albedinem necnō veſtimenta armaq́ꝫ noſtra & nauiū noſtrarū magnitudinē admirantibus. Hij etiā nobis gentem quandā eis infeſtam occidentē v̾ſus exiſtere retulerunt / quę gens infinitā habebant vnionum quantitatē / q̊t ꝙ quos ipſi habebant vniones eiſdē inimicis ſuis in belligeratiōibus aduerſus eos habitis abſtulerāt nos q̊q́ꝫ & quēadmodū illos piſcarent̄ & quēadmodū naſcerent̄ edocentes / quorū dicta vera ꝑfecto eſſe co

gnouimus ꝑut et maieſtas vr̃a poſthec amplius in telligere poterit. Relicto aũt portu illo & ſecundũ plagã eandẽ in quã cõtinue gentes affluere ꝓſpicie bamus curſu noſtro ꝓducto portũ quendã aliũ re‑ ficiẽdę vnius nauiculę noſtrę gr̃a/in quo gẽtẽ mul‑ tã eſſe cõperimus/cũ quibus nec vi nec amicicia cõ uerſationẽ obtinere valuimus/illis ſi qñ𝔮 in terrã cũ nauiculis noſtris deſcenderemus ſe cõtra aſpere defendentibus/& ſi qñ𝔮 nos ſuſtinere nõ valerẽt in ſiluas aufugientibus/& nos nequa𝔮 expectanti bus/quoꝝ tantã barbariẽ nos cognoſcentes ab eis exhinc diſceſſimus. Tunc𝔮 inter nauigandũ inſulã quandã in mari leucis a terra.xv. diſtantẽ vidimus quam ſi in ea populus quiſpiã eſſet inuiſere cõcor‑ dauimus. In illam igit̃ accelerantes quandã inibi in/ uenimus gentem/quę oĩm beſtialiſſima ſimpliciſſi‑ ma𝔮/ omniũ quo𝔮 gratioſiſſima benigniſſima𝔮 erat/cuiuſquidẽ gentis ritus et mores eiuſmodi ſũt.

De eiuſdem gentis ritu & moribus.

h II VVLTV AC GESTV CORPO ris brutales admodum extant/ ſinguli𝔮 maxillas herba quadã viridi ĩtrorſum re‑ plętas habebãt/quã pecudum inſtar vſ𝔮 rumina‑ bant/ita vt vix quic𝔮 eloqui poſſent/quorũ quo‑ 𝔮 ſinguli ex collo puſillas ſiccataſ𝔮 cucurbitas du as/alteram earum herba ipſa quam in ore tenebãt/ alteram vero ex ipſis farina quadam albida gipſo

mutuo ſimili plęnam gerebant/habito bacillo quo
dam quē in ore ſuo madefactū maſticatum qꝫ ſępi-
us in cucurbitam farrina repletā mittebant/& dein
de cum eo de eadem farrina extrahebāt/ quam ſibi
poſt hęc in ore vtrumqꝫ ponebant/herbam ipſam
quā in ore geſtabant eadē farrina reſpergitādo/ &
hoc frequentiſſime paulatimqꝫ efficiebāt/quā rem
nos admirati/illius cauſam ſecretūqꝫ/aut cur ita fa-
cerēt ſatis nequiuinus cōpręhēdere. Heccine gens
(vt experimento didicimus)ad nos adeo familiari-
ter aduenit/ac ſi nobiſcū ſepius antea negociati fu-
iſſent & longęuā amiciciā habuiſſent. Nobis autē
per plagam ipſam cū eis ambulantibus colloquen-
tibuſqꝫ & interim recentem aquam bibere deſide-
rantibus/ipſi per ſigna ſe talibus aquis penitus ca-
rere inſinuantes vltro de herba farinaqꝫ quam in
ore geſtabant offerebant/propter quod regionem
eandem aquis deficientem ꝙ qꝫ vt ſitim ſuble-
uarent ſuam herbam farinam talem in ore geſta-
rēt intelleximus. Vnde factum eſt vt nobis ita me-
antibus & circū plagam eandem vna die cum me-
dia illos cōcomitantibus viuidam aquam nuſqꝫ in
uenerimus/cognouerimuſqꝫ ꝙ ea quam bibebant
aqua ex rore noctu ſuper certis folijs auriculis aſini
ſimilibus decidēte collecta erat. Quęquidem folia
eiuſmodi rore nocturno tpe ſe implebāt ex q̊ rore
(qui optīus ē)idē ppl's bibebat/ſed tn̄ talibus folijs

plera q̄ eorū loca deficiebant. Heccine gens victu-
alibus quę in terra ſolida ſunt penitus carent quin-
ymmo ex piſcibus quos in mari piſcantur viuunt.
Etenim apud eos qui magni piſcatores exiſtunt pi
ſcium ingens habundat copia/ex quibus ipſi pluri
mos turtures ac q̄ bonos piſces alios plures/vltro
nobis obtulerunt. Eorum vxores herba quā in ore
viri ipſi gerebant nuſq̄ vtebantur. Verum ſingulę
cucurbitam vnam aqua impletam ex qua biberent
habebant. Nullos domorum pagos nulla ve tugu
ria gens hęc habent pręterq̄ folia grandia quedam
ſub quibus a ſolis feruore ſed nō ab ymbribus ſe ꝓ
tegunt/propter quod autumabile eſt ꝙ parum in
terra illa pluitet. Cum autē ad piſcandū mare adie-
rint folium vnū adeo grande ſecum quiſq̄ piſcatu
rus effert vt illo in terram defixo & ad ſolis mea-
tum verſato ſub illius vmbra aduerſus ęſtū totum
ſe abſcōdat. Haccine in inſula q̄ multa variorū ge-
nerum animalia ſunt quę omnia aquam lutulentā
bibūt. Videntes aūt ꝙ in ea cōmodi nihil nanciſce
remur/nos relicta illa aliā quamdā inſulā tenuimus
in quam nos ingredientes & recentem vnde bibe-
remus aquā inueſtigantes/putantes interim ipſam
eandem terrā a nullis eſſe habitatam/propterea ꝙ
in ea neminē inter adueniendum ꝓſpexeramus/dū
per arenā deambularemus veſtigia pedum q̄ ma-
gna nōnulla vidimus/ex quibus cēſuimus ꝙ ſi eiſ-

dem pedibus reliqua membra reſpondebant/ ho-
mines in eadem terra grandiſſimi habitabant. No-
bis aũt ita per arenam deambulantibus/viã vnam
in terram ducentẽ cõperimus ſecundum quam.ix.
de nobis eũtes inſulam ipſam inuiſere parauimus
ob id ꝙ non ꝗ̃ſpacioſam illam nec ꝗ̃multas in ea
habitare gentes exiſtimauimus. Pererrata igitur ſe
cundũ eamdem viam vna fere leuca quinqꝫ in con
valle quadam(quę populatę apparebant) vidimus
caſas/in quas introeuntes quinqꝫ in illis reperimus
mulieres/vetulas videlicet duas & iuuenculas tres
quęquidem oĩs ſic ſtatura ꝓceres erãt vt inde val
de miraremur. Hę aũt protinus vt nos intuitę ſunt
adeo ſtupefactę permanſerũt vt aufugiendi animo
penitus deficerent. Tumqꝫ vetulę ipſę lingua eorũ
nobiſcum blandiuſcule loquentes/et ſeſe omnes in
caſam vnam recipiẽtes ꝑmulta nobis de ſuis victu
alibus obtulerunt Eedem vͦo oĩs longiſſimo viro
ſtatura grandiores erant & quidẽ ęque grandes vt
Franciſcus de Albicio/ſed meliore ꝗ̃ nos ſumus ꝓ
portiõe compactę. Quibus ita compertis poſthęc
vna cõuenimus/vt iuuẽculis ipſis per vim arreptis
eas in Caſtiliam quaſi rẽ admirãdã abduceremus/
in qua deliberatiõe nobis exiſtentibus ecce.xxxvi.
vel circiter viri mľtoqꝫ fęminę ipſę altiores/& adeo
egregię cõpoſiti/vt illos inſpicere delectabile foret
caſam ipſam introire occeperũt/ꝓpter quos tanta

tũc affecti fuimus turbatiõe vt ſatius apud nauicu-
las nr̃as ꝙ cũ tali gente eſſe duxiſſemus. Hij & em̃
ingentes arcus & ſagittas necnon & ſudes ꝑticaſ-
ue magnas inſtar clauarũ ferebant/qui ingreſſi lo-
quebantur quoqꝫ inter ſe mutuo ac ſi nos compre
hendere vellẽt. Quo tali periculo percępto diuerſa
etiã ĩter nos tũc fęcimus cõſilia. Vnis vt illos ĩ ipſa
eadẽ caſa inuaderemus/alijs ṽo nequaꝙ ſed foris
potius & ĩ platea/& alijs vt nuſꝙ aduerſus eos pu
gnam quęreremus donec quid agere vellẽt ĩtellige
remus aſſeuerantibus. Inter quę cõſilia caſam illã ſi
mulate exiuimus & ad naues nr̃as remeare occępi
mus ipſiqꝫ(ꝙtus eſt lapidis iactus)mutuo ſꝑ loquẽ
tes nos inſecuti ſunt/haud minore ꝙ nos vt autu-
mo trepidantes formidine/cũ nobis mirantibus ip̃i
quoqꝫ eminus manerent/& niſi nobis ambulanti-
bus nõ ambularent. Cũ ṽo ad naues noſtras perti-
giſſemus & in illas ex ordine ĩtroiremus/mox oẽs
in mare proſilierunt/& ꝙmultas poſt nos ſagittas
ſuas iaculati ſunt/ſed tũc eos ꝑpaucũ metuebamus
Nam tum machinarũ nr̃arũ duas in eos(potius vt
terrerẽt ꝙ vt ĩterirẽt)emiſimus/quarũquidẽ tumul
tu ꝑcępto/oẽs cõfeſtim in mõtẽ vnũ ꝓpĩquũ fuga
abierũt/et ita ab eis erepti fuimus diſceſſimuſqꝫ ꝑit̃
Hij oẽs nudi vt de ꝑoribus hĩtũ ẽ eunt. Appellaui-
muſqꝫ ĩſulã illã/gigãtũ(ob ꝓceritatẽ eoꝝ)ĩſulã. No
bis ãtvltius et a t̃ra paulo diſtãtiuſ trãſremigãtibus

ſepius interdum cum eis pugnaſſe nobis accidit ob id ꝙ quicꝗ a tellure ſua ſibi tolli nequaquā permit tere vellent. Et vtiqꝫ quidē repet undę Caſtilliæ ꝓpoſitum iam nobis in mentem ſubierat/ob id potiſſimum ꝙ vno iam fere anno in mari perſtiteramus nec niſi tenuem alimentorū neceſſariorūqꝫ aliorū munitionē retinebamus. Quę & quidē adhuc ex vehementibus/quos pertuleramus ſolis caloribus iā cōtaminata inquinataqꝫ erāt/cū ab exitu noſtro a Campiuiridis inſulis vſqꝫ tunc cōtinue per torridam nauigauiſſemus zonam/& tranſuerſim per lineam ęquinoctialem bis/vt pręhabitū eſt. In qua quidem voluntate nobis perſeuerantibus/nos a laboribus ſubleuare noſtris ſanctifico cōplacuit ſpiritui. Nempe receptū quempiam pro rurſum nouandis naualibus noſtris nobis quęrentibus ad gentem quamdā peruenimus quę nos cū maxia ſuſcępit amicicia/& quaſquidem vnionū perlarū ve orientalium comperimus in numero maximo tenere/ꝓpter quod .xlvij. diebus ibi perſtitimus &.C.xix. vnionū marchas/precio(vt eſtimabamus).xl. non ſuperante ducatos/ab eis cōparauimus. Nā nolas/ſpecularia/criſtallinoſqꝫ nōnullos/necnō lęuiſſima electri folia quędā/eis tantū ꝓpterea tradidimus. Nempe quotquot quilibet eorum obtineret vniones eos ꝑ ſola nola donabat. Didicimus quoqꝫ interdum ab eis quomodo & vbi illos piſcarentur/

qui & quidem oſtreolas in quibus naſcunt̃ nobis plures largiti ſunt. Et pariter nonnullas mercati fuimus / vbi in quibuſdam .C. & .xxx. vniones in quibuſdam vero nõ totidem reperiebant̃. Noueritq́ maieſtas veſtra / q̄ niſi permaturi ſint & a conchiliꝭ in quibus gignunt̃ per ſeſe excidant omnino pfecti nõ ſunt. Quinymmo in breui(vt ſæpius ipſe expertus ſum)emarceſcũt / & ĩ nihil redacti ſũt. Cũ vero maturi fuerint in oſtrea ipſa inter carnes(pręter id q̄ ipſis carnibus hęreant)ſe ſeparant / & huiuſcemodi optimi ſũt. Efluxis igit̃ .xlvij. diebus nec non gente illa quam nobis plurimũ amicã effęceramus relicta hinc ab eis exceſſimus ob plurimarum rerum noſtrarũ indigentiam / venimuſq́ ad Antiglię inſulam quã paucis nuper ab annis Criſtophorus Columbus diſcooperuit in qua reculas noſtras ac naualia reficiendo menſibus duobus & diebus totidẽ permanſimus / plures interdum Chriſticolarum inibi conuerſantiũ contumelias perpetiendo quas prolixus ne nimiũ fiam hic omitto. Eandẽ vo inſulam .xxij. Iulij deſerentes / percurſa vnius menſis cum medio nauigatione Caliciũ tandem portũ viij. menſis Septembris ſubiuimus / vbi cum honore pfectuq́ ſuſcępti fuimus. Et ſic per dei placitum finem noſtra cępit ſecunda nauigatio.

De tertio facta nauigatione

E IN SIBILLIA EXISTENTE/ ET
m a pœnis atq̃ laboribus quos ĩter p̃memo
ratas pertulerã nauigationes pauliſper re
quieſcente/deſiderãteq̃ poſthęc in perlarũ terram
remeare: fortuna fatigationũ mearꝫ nequaq̃ adhuc
ſatura ſereniſſimo illi dño Manueli Portugallię Re
gi miſit in cor(neſcio vt quid) vt deſtinato nuncio
litteras regales ſuas ad me trãſmitteret quibus plu-
rimũ rogabat vt ad eũ apud Liſbonã celerius me
tranſferrẽ/ip̃e etẽ̃ mirabilia mihi plurima faceret.
Super qua re nondũ tunc deliberaui quinymmo ei
per eundemmet nunciũ/ me minus bene diſpoſitũ
& tunc male habere ſignificaui. Verũ ſi quandoq̃
recõualeſcerẽ & maieſtati eius regię meum forſan
cõplaceret obſequiũ omnia quęcunq̃ vellet ex ani
mo perficerẽ. Qui rex percipiẽs ꝙ me ad ſe tũc tra
ducere nequirẽ Iulianũ Bartholomeũ Iocundũ qui
tunc in Liſbona erat rurſum ad me deſtinauit cum
cõmiſſione vt oĩbus modis me ad eundẽ regẽ ſecũ
perduceret: ꝓpter cuius Iuliani aduentũ et preces/
coactus tũc fui ad regẽ ip̃um meare/ quod(qui me
nouerant omnes)malũ eſſe iudicarunt. Et ita a Ca-
ſtilia vbi honor mihi non modicus exhibitus exti-
terat/ac rex ipſe Caſtilię exiſtimationẽ de me bo-
nam concęperat profectus ſum/& quod deterius
fuit hoſpite inſalutato/ ac mox coram ipſo rege do
mino Manuele meipſum obtuli: qui rex de aduen-

tu meo non paruam viſus eſt concepiſſe lœticiam plurimū me interdum rogitans/vt vna cum tribus eius cōſeruantię nauibus/ quę ad exeundum & ad nouarū terrarum inquiſitionē pręparatę erant pro ficiſci vellem. Et ita(quia regum preces pręcepta ſunt)ad eius votum conſenſi.

Tempus profectionis tertię

IGITVR AB HOC LISBONE PORTV cum tribus conſeruantię nauibus die Maij deci⸗ma.M.ccccc.& primo abeuntes /curſum noſtrum verſus magnę Canarię inſulas arripuimus: ſecun⸗dū quas & ad earū proſpectū inſtanter enauigātes idem nauigiū noſtrū collateraliter ſecundū Affri⸗cam occidentē v̄ſus ſecuti fuimus . Vbi piſciū quo⸗rundam(quos Parghi nuncupant)multitudinē ma ximam in ęquore prendidimus/tribus inibi diebus moram facientes . Exinde autem ad partem illam Ethopię/quę Beſilicca dicit̄ deuenimus/ quę quidē ſub torrida zona poſita eſt/ & ſuper quam . xiiij. gradibus ſe Septemtrionalis erigit polus in clima⸗te primo vbi diebus.xi.nobis de lignis & aqua pro uiſionē parantes reſtitimus/ꝑpter id ꝙ Auſtrū v̄ ſus ꝑ Athlanticū pelagus nauigandi mihi ineſſet af fectus.Itaꝗ portū Ethiopię illū poſt hęc relinquen

tes tunc per Lebecciū ventū in tantū nauigauimus vt.lx.et.vij.infra dies inſulę cuidam applicuerimus quę inſula.DCC.a portu eodem leucis ad Lebeccij partē diſtaret.In quibuſqnidē diebus / peius ꝑpeſſi tēpus fuimus ꝙ vnꝙ in mari quiſꝙ antea pertulerit/ꝓpṫ ventorū nimborūue impetus/qui ꝙplurima nobis intulere grauamina ex eo ꝙ nauigium noſtrū lineę pręſertim equinoctiali cōtinue iunctū fuit.Inibiꝙ in menſe Iunio hyems extat ac dies noctibus ęquales ſunt/atꝙ ipſę vmbrę nrę continue verſus meridiem erant. Tandem vero omnitonanti placuit nouā vnam nobis oſtendere plagā. xvij. ſcilicet Auguſti/iuxta quam(leuca ſepoſiti ab eadē cum media)reſtitimus/et poſtea aſſumptis cymbis nōnullis in ipſā viſuri ſi inhabitata eſſet ꝓfecti fuimus:quam & quidē incolas plurimos habitare reperimus qui beſtijs prauiores erāt/ queadmodum maieſtas regia veſtra poſthęc intelliget.In hoc vero introitus noſtri principio gentem non percępimus aliquā/ꝙuis oram ipſam per ſigna plurima(quę vidimus) populo multo replętā eſſe intellexerimus. De qua quidē ora pro ipſo ſereniſſimo Caſtilię rege poſſeſſoriū cępimus/ iuuenimuſꝙ illā multum amœnā/ac viridē eſſe & apparentię bonę. Eſt autē extra lineam ęquinoctialem Auſtrum verſus .v. gradibus/et ita eadem die ad naues noſtras repedauimus. Quia vero lignorum & aquę penuriam pa

tiebamur / concordauimus iterū in terrā altera die reuerti vt nobis de neceſſarijs ꝓuideremus: inqua quidem nobis extantibus / v idimus ſtantes in vni-us montis cacumine gentes quę deorſum deſcēde-re non auderent / erantqꝫ nudi omnes necnō conſi milis effigiei colorisqꝫ vt de ſuꝑioribus habitū eſt. Nobis aūt ſatagentibus vt nobiſcū conuerſatū ac-cederēt / nō ſic ſecuros eos efficere valuimus vt de nobis adhuc nō diffiderent. Quorū obſtinatiōe ꝑ teruiaqꝫ cognita / ad naues ſub noctē remeauimus relictis in terra (videntibus illis) nolis ſpeculiſqꝫ nō nullis ac rebus alijs. Cūqꝫ nos in mari eminus eſſe proſpicerēt / oms de ipſo mōte (ꝓpter reculas quas reliqueramus) deſcenderunt plurima inter ſe admi rationis ſigna facientes. Nec tunc de aliquo niſi de aqua nobis ꝓuidimus. Craſtino autē effecto mane vidimus e nauibus gentem eandem numero q̄ꝫ an tea maiorē paſſim per terram ignes fumoſqꝫ faciē-tem. Vnde nos exiſtimantes ꝙ nos per hoc ad ſe in uitarent iuimus ad eos in terram / vbi tunc populū plurimū adueniſſe cōſpeximus: qui tamen a nobis longe ſeipſos tenebant / ſigna facientes interim nō nulla vt cum eis interius in inſulā vaderemus. Pro pter quod factū eſt vt ex Chriſticolis nr̄is duo ꝑ-tinus ad hoc parati periculo ad tales eundi ſemet-ipſos exponerent / vt quales gentes eedem forent / aut ſi quas diuitias ſpecieſue aromaticas vllas habe

rent/ipſi cognoſcerent: quapropter in tantū nauiū prętorem rogitauerunt/vt eis quod poſtulabāt annueret. Tum vero illi ad hoc ſeſe accingētes necnō pleraſq; de rebus ſuis minutis ſecū ſumentes/vt inde a gentibus eiſdem mercarent̄ alias/abierūt a nobis data conditione vt ad nos poſt quinq; dies ad ſummū remeare ſoliciti eſſēt/nos etenim illos tam diu expectaremus. Et ita tūc iter ſuum in terrā arripuerunt/atq; nos ad naues noſtras regreſſum cępimus vbi expectando eos diebus . viij . perſtitimus. In quibus diebus gens per multa noua dietim fere ad plagā ipſam adueniebat/ſed nuſq; nobiſcū colloqui voluerūt Septima igit̄ aduentāte die nos in terram ipam iterū tendentes/gentē illam mulieres ſuas omnes ſecū adduxiſſe reperimus. Quā vero primū illuc peruenimus/mox ex eiſdem vxoribus ſuis ad colloquendū nobiſcū q̄plures miſerunt/fæminis tamen eiſdem non ſatis de nobis confidentibus: quod quidem nos attendentes cōcordauimus vt iuuenem vnum e nobis(qui validus agiliſq; nimium eſſet)ad eas quoq; trāſmitteremus/& tunc vt minus fæminę eędem metuerēt in nauiculas noſtras introiuimus. Quo egreſſo iuuene cū ſeipſum inter illas immiſcuiſſet/ac illę omnes circumſtantes contingerent palparentq; eum/& propter eum nō parum admirarentur: ecce interea de monte fæmina vna vallum magnū manu geſtans aduenit quæ

poſtq̃ vbi iuuenis ipſe erat appropiauit/tali eũ val
li ſui ictu a tergo percuſſit vt ſubito mortuus in ter
ram excideret: quẽ confeſtim mulieres alię corripi-
entes/illũ in montẽ a pedibus ꝑtraxerũt/viriq; ipſi
qui in monte erãt ad littus cum arcubus & ſagittis
aduenĩẽtes ec ſagittas ſuas ĩ nos cõijcĩẽtes tali gẽtẽ
noſtrã affęcerũt ſtupore(ob id ꝙ nauiculę illę ĩ qui
bus erãt harenã nauigando radebãt/ nec celerit̃ au
fugere tunc poterant)vt ſumendorũ armorum ſuo
rum memoriam nemo tunc haberet. Et ita q̃ plu-
res cõtra nos ſagittas ſuas eiaculabantur. Tum ve
ro in eos quatuor machinarum noſtrarum fulmina
licet neminem attingẽtia emiſimus / quo audito to
nitruo omnes rurſum in montẽ fugerunt /vbi mu-
lieres ipſę erãt/quę iuuenẽ noſtrum quem trucida-
uerant(nobis videntibus)in fruſta ſecabant/necnõ
fruſta ipſa nobis oſtentantes / ad ingentem quem
ſuccenderant] ignem torrebaut/& deinde poſthæc
manducabũt. Viri quoq; ipſi ſigna nobis ſimiliter
facientes / geminos Chriſticolas noſtros alios ſe
pariformiter peremiſſe manducaſſeq; inſinuabant
quibus qui & vtiq; vera loquebantur/ in hoc ipſo
credidimus. Cuius nos improperij vehementius pi
guit/cum inmanitatem quam in mortuum exerce-
bant/ oculis intueremur ipſi proprijs . Quamob-
rem plures q̃ quadraginta de nobis in animo ſta-
biliueramus vt omẽs pariter terram ipſam impetu

petentes tam immane factũ tamq́ beſtialem fero-
ciã vindicatũ vaderemus. Sed hoc ipſum nobis na
uiprętor nõ permiſit/& ita tam magnã ac tam gra
uem iniuriã paſſi cũ maliuolo animo & grandi op-
probrio noſtro (efficiẽte hoc nauipręceptore nr̃o)
impunitis illis abceſſimus. Poſtq́ aũt terram illam
reliquimus/mox ĩter Leuantẽ et Seroccũ ventum
(ſecũdũ quos ſe cõtinet terra) nauigare occępimus
plurimos ambitus plurimoſq́ gyros interdum ſe-
ctantes /quibus durãtibus gentes nõ vidimus quę
nobiſcũ practicare aut ad nos appropinquare vo-
luerint. In tantũ ṽo nauigauimus vt tellurem vnã
nouã(quę ſecundũ Lebecciũ ſe porrigeret) inuene
rimus. In qua cũ campũ vnũ circuiuiſſemus (cui ſan
cti Vincentij campo nomen indidimus) ſecundum
Lebecciũ ventũ poſthęc nauigare occępimus. Di-
ſtatq́ idem ſancti Vincentij campus a priore terra
illa vbi Criſticolę noſtri extiterẽt interempti. cl. leu
cis ad partem Leuãtis. Qui et quidẽ campus . viij .
gradibus extra lineam ęquinoctialem verſus au-
ſtrum eſt. Cum igĩt ita vagantes iremus/quadã die
copioſam gentiũ multitudinem/nos nauiumq́ no
ſtrarum vaſtitatẽ mirantiũ in terra vna alia eſſe cõ
ſpeximus: apud quos tuto in loco mox reſtitimus
& deinde in terram ipſum ad eos ex nauiculis no-
ſtris deſcendimus/quos quidem mitioris eſſe con-
ditionis q̃ priores reperimus. Nam & ſi in edomã-

dis illis diu elaborauimus/amicos tamē noſtros eos tandem effęcimus: cum quibus negociando practicandoq̄ꝫ varie. v. manſimus diebus vbi cauas fiſtulas virides plurimū groſſas/& etiam nōnullas in arborū cacuminibus ſiccas inuenimus. Concordauimus aūt vt ex eadem gente duos qui nos eorū linguam edocerent inde traduceremus. Quamobrem tres ex eis vt in Portugalliā venirent nos vltro comitati ſunt. Et qm̄ me omnia proſequi ac deſcribere piget/dignetur veſtra noſſe maieſtas ꝙ nos portum illum linquentes/per Lebecciū ventū/& in viſu terrę ſemper tranſcurrimus plures continue faciendo ſcalas pluresq̄ꝫ ambitus/ac interdū cū multis populis loquendo: donec tandem verſus Auſtrum extra Capicorni tropicū fuimus. Vbi ſup̄ horizonta illū meridionalis polus. xxxij. ſeſe extollebat gradibus/atq̄ꝫ minorem iam perdideramus vrſam/ip̄a q̄ꝫ maior vrſa multū infima videbat̄ fere in fine Horizontis ſe oſtentans: & tūc per ſtellas alterius meridionalis poli noſmetipſos dirigebamus /quę multo plures mlto q̄ꝫ maiores ac lucidiores q̄ꝫ noſtri poli ſtellę exiſtūt: propter quod plurimarū illarū figuras confinxi/& pręſertim earū quę prioris ac maioris magnitudinis erant/vna cū declinatione diametrorū quas circa polum Auſtri efficiunt/& vna cū denotatione earūdem diametrorū & ſemidiametrorū earum prout in meis quatuor dietis ſiue naui

gationibus inſpici facile poterit. Hoccine ꝟo naui-
gio noſtro a campo ſancti Auguſtini incepto. Dcc.
percurrimus leucas videlicet ꝟſus ponentem. c. /et
verſus Lebecciū. Dc. quaſquidē dū peragraremus
ſi quis quę vidimus enumerare vellet non totidem
ei papireę cartę ſufficerent. Nec quidem interdum
magni cōmodi res inuenimus demptis infinitis ca-
ſię arboribus: et pariter plurimis quę laminas cer-
tas producunt/ cū quibus & miranda alia per mul-
ta vidimus quę faſtidioſa recēſitu forent. Et in hac
quidem peragratiōe. x. fere menſibus extitimus. In
qua cognito ꝙ mineralia nulla reperiebamus/ con
uenimus vna vt ab inde ſurgētes alio ꝑ mare eua-
garemur. Quo inito īter nos conſilio/ mox edictū
fuit ac in omnem cętū noſtrū vulgatū vt quicquid
in tali nauigatione pręcipiendū cenſerem idipſum
ītegriter fieret. Propter quod cōfeſtim edixi māda
uiq; vbiq; vt de lignis & aqua ꝓ ſex menſibus mu
nitionē omnes ſibi pararent(Nam per nauiū ma-
giſtros nos cum nauibus noſtris adhuc tantūdem
nauigare poſſe indicatū eſt) quaquidem(quam edi
xeram) facta prouiſione/ nos oram illā linquētes &
inde nauigationē noſtram per Seroccū ventū initi
antes Februarij. xiij. videlicet/ cum ſol ęquinoctio
iam appropinquaret et ad hoc Septentrionis hemi
ſperiū noſtrū ꝟgeret in tantū peruagati fuimus vt
meridianū polū ſuper horizonta illū. lij. gradibus

ſublimatū inuenerimus. Ita vt nec minoris vrſę nec maioris ſtellæ ammodo inſpici valerent. Nam tūc a portu illo a quo per Seroccum abieramus .ccccc leucis longe iam facti eramus. iiј. videlicet Aprilis. Qua die tempeſtas ac procella in mari tam vehemens exorta eſt/vt vela noſtra omnia colligere & cum ſolo nudoq̧ malo remigare cōpelleremur per flante vehementiſſime Lebeccio ac mari intumeſcēte & aere turbulentiſſimo extante. Propter quē turbinis violentiſſimū impetum noſtrates omnes non modico affecti fuerunt ſtupore. Noctes quoq̧ tunc inibi q̄maxime erant. Etem̄ Aprilis. viј. ſole circa arietis finem extante ipſæ eędem noctes horarum. xv. eſſe repertę ſunt: hyems q̧ etiā tūc inibi erat vt veſtra ſatis perpēdere poteſt maieſtas. Nobis autem ſub hac nauigātibus turbulentia/terram vnam Aprilis. iј. vidimus penes quam. xx. circiter leucas nauigantes appropiauimus. Verū illam omnimodo brutalem & extraneam eſſe comperimus in quaquidem nec portū quempiam nec gentes aliquas fore cōſpeximus: ob id (vt arbitror) q̧ tā aſperum in ea frigus algeret vt tam acerbum vix quiſquā perpeti poſſet. Porro in tanto periculo in tantaq̧ tempeſtatis importunitate noſmet tum reperimus/vt vix alteri alteros prę grandi turbine nos videremus. Quamobrem demum cum nauium prętore pariter concordauimus vt connauitis noſtris

omnibus/terram illã linquendi/ſecq̃ʒ ab ea elongan
di/& in Portugalliam remeandi ſigna faceremus
Quod cõſiliũ ſanũ quidem et vtile fuit/cum ſi inibi
nocte ſolũ adhuc illa perſtitiſſemus diſperditi oms
eramus. Nempe cũ hinc abijſſemus tã grandis die
ſequenti tempeſtas in mari excitata eſt/vt penitus
obrui perdite metueremus. Propter quod plurima
peregrinationũ vota necnon alias q̃ʒplures cerimo
nias(prout nautis mos eſſe ſolet)tunc fęcimus. Sub
quo tempeſtatis ĩfortunio.v. nauigauimus diebus
demiſſis omnino velis. In quibuſquidem.v. diebus
cc.et.l.in mari penetrauimus leucas/lineę interdum
ęquinoctiali necnõ mari & aurę temperatiori ſem-
per appropinquando/per quod nos a pręmiſſis eri
pere periculis altiſſimo deo placuit. Eratq̃ʒ huiuſce
modi noſtra nauigatio ad tranſmontanũ ventũ &
gręcũ/ob id q̃ ad Ethiopię latus pertingere cupie-
bamus: a quo p maris Athlantici fauces eundo M.
ccc.diſtabamus leucis. Ad illã aũt per ſummitonan
tis gratiam Maij bisquina pertigimus die. Vbi in
plaga vna ad latus Auſtri(quę Serraliona dicitur)
xv. diebus noſipſos refrigerando fuimus. Et poſt
hęc curſum noſtrum verſus inſulas Lyazori dictas
arripuimus/quęquidẽ inſulę a Serraliona ip̃a. Dcc.
&.l. leucis diſtabant/ ad quas ſub Iulij finem per-
uenimus/& pariter.xv.inibi nos reficiendo perſti-
timus diebus. Poſt quos inde exiuimus & ad Liſ-

bonę noſtrę recurſum nos accinximus/ a qua ad occidentis partem.ccc.ſepoſiti leucis eramus/et cuius tandem deinde portum.M.D.ij.cū proſpera ſaluatione ex cunctipotentis nutu rurſum ſubiuimus/cū duabus dumtaxat nauibus:ob id ꝙ tertiā in Serraliona(qm̄ amplius nauigare nō poſſet) igni combuſſeramus.In hac autē noſtra tertio curſa nauigatione.xvi.circiter menſes permāſimus/e quibus.xi. abſqꝫ tranſmontanę ſtellę necnon & maioris vrſę minoriſue aſpectu nauigauimus/quo tempore noſmetipſos per aliam meridionalis poli ſtellam regebamus. Quę ſuperius commemorata ſunt/in eadem noſtra tertio facta nauigatione relatu magis digna conſpexi.

De quartę nauigationis curſu

r ELIQVVM AVTEM EST / VT quę in tertia nauigatione noſtra proſpexerim ediſſerā.Quia ꝟo iā prę longa narratione fatiſco/et quoqꝫ hęc eadem noſtra nauigatio ad ſperatum a nobis finē minime producta eſt/ ob aduerſitatem infortuniūue quoddam quod in maris Athlantici nobis accidit ſinu:idcirco breuior ſiam.Igitur ex Liſbonę portu cum ſex cōſeruantię nauibus exiuimus cū propoſito inſulam vnam verſus horizontem poſitam inuiſendi /quę Melcha di

orientem

citur & diuitiarum multarũ famoſa necnõ nauium omniũ ſiue a Gangetico ſiue ab indico mari veni-entium receptus ſiuę ſtatio eſt/quemadmodũ Ca-licia receptus ſiue hoſpitale omniũ nauigantiũ eſt qui ab oriente in occidentẽ & econuerſo vagantur prout de hoc ipſo per Calicutię viã fama eſt. Quę quidem inſula Melcha plus ad occidentẽ Calicutia ꝗ̃o ipſa plus ad meridiem reſpicit: quod idcirco co-gnouimus quia ipſa in aſpectu.xxxiij. graduũ poli antarctici ſita eſt. Decima ergo Maij die. M. D.iij. nobis vnde ſupra egredientibus curſum noſtrũ ad inſulas virides nuncupatas primo dixerimus. Vbi rerum neceſſariarũ munimina necnon et plura di-uerſorũ modorũ refrigeramina ſumentes et.xij. in-terdum inibi diebus ceſſantes/per ventum Serocũ poſt hęc euanigare occępimus: cũ nauidominus no ſter tamꝗ̃ pręſumptuoſus capitoſuſꝗ̃ pręter neceſ ſitatem & omniũ noſtrum vnanimitatem(ſed ſolũ vt ſeſe noſtri & ſex nauiũ prępoſitũ oſtentaret) iuſ ſit vt in Serralionã Auſtralem Ethiopię terram ten deremus. Ad quã nobis accelerantibus & illã tan-dem in cõſpectu habentibus tam immanis & acer-ba ſuborta tempeſtas eſt/ac ventus contrarius & fortuna aduerſa inualuit/vt in ipſam(quam noſtris ipſi videbamus oculis) per quatriduum applicare non valuerimus: quinymmo coacti fuerimus vt illa relicta ad priorem nauigationẽ noſtram regredere

mur. Quamquidem nos per Suduesium(qui ven-
tus eſt inter meridiem et Lebecciũ) reaſſumentes
ccc. per illam maris artitudinẽ nauigauimus leucas
Vnde factũ eſt vt nobis extra lineam ęquinoctia-
lem tribus pene gradibus iam tunc exiſtentibus ter
ra quedam(a qua. xij. diſtabamus leucis) apparue-
rit/ quę apparitio nõ parua nos affęcit admiratione
Terra etem̃ illa/ inſula in medio mari multũ alta &
admirabilis erat/ quę leucis duabus longior & vna
dilatatior nõ exiſtebat: in quaquidem terra nũquã
quiſq̃ hominũ aut fuerat aut habitauerat/ & nihilo
minus nobis infœliciſſima fuit. In illa em̃ p ſtolidũ
conſiliũ ſuum & regimen prefectus nauium noſter
nauem ſuã perdidit. Nempe illa a ſcopulo quodam
eliſa/ & inde ꝓpter hoc in rimas diuiſa ſancti Lau-
rẽtij nocte(quę Auguſti. x. eſt) in mari penitus ſub
merſa extitit/ nihil inde ſaluo manente demptis tan
tũmodo nautis. Eratq̃ nauis eadem doliorũ. ccc. in
qua noſtrę totius turbę totalis potentia erat. Cum
aũt omnes circa illam ſatageremus vt ſi forte ipam
a periculo ſubtrahere valeremus: dedit mihi in man
datis idem nauium pręfectus/ vt cũ nauicula vna in
receptũ quempiam bonũ vbi pupes noſtras ſecure
omnes recipere poſſemus apud inſulam eandẽ in-
uentũ pergere/ nolens tamen ipſe idem pręfectus
vt nauem meã(quę nouem nautis meis ſtipata/ &
in nauis periclitantis adiutorio intẽta foret) mecũ

tunc traducerē/ſed ſolū vt edixerat portū vnum in quiſitū irem /et in illo nauem meā ipſam mihi reſti tuerat. Qua iuſſione recepta/ego vt mādauerat(ſū pta mecū nautarū meorū medietate)in inſulā ipām (a qua.iiij.diſtabamus leucis)properans/ pulcherri mum inibi portū/vbi claſſem noſtrā omnē tute ſa tis ſuſcipere poſſemus inueni. Quo cōperto. viij. ibidem diebus eundē nauiū pręfectum cū reliqua turba expectādo perſtiti. Qui cū nō aduenirēt mo leſte nō perum pertuli/atq; qui mecū erant ſic ob ſtupeſcebant vt nullo conſolari modo vellent. No bis aūt in hac exiſtentibus anguſtia/ipā octaua die puppim vnā per ęquor aduentare cōſpeximus/cui vt nos percipere poſſent mox obuiam iuimus con fidentes ſperāteſq; vna quod ad meliorē portū quē piam nos ſecū ducerēt. Quibus dū appropinquaſ ſemus/& viciſſim nos reſalutaſſemus:retulerūt illi nobis/eiuſdē pręfecti nr̄i nauē in mari penitus(dē ptis nautis)pditā extitiſſe: quę nūcia (vt cōtēplari vr̄a pōt regia maieſtas)me nō parua affęcert mole ſtia/cū a Liſbona(ad quā reuerti habebā).M.longe exiſtens leucis in longo remotoq; mari me eſſe ſen tirem. Nihilominus tamen fortunę noſmet ſubijci entes vlterius pceſſimus/reuerſiq; ī primis fuimus ad memoratā inſulā vbi nobis de lignis & aq̄ in cō ſeruātię meę naui puidimus: Erat vo eadē īſula pe nitus inhoſpitata īhabitataq;/mlta aqua viuida &

ſuam in illa ſcaturiente/cum infinitis arboribus in-
numeriſq́ʒ volucribus marinis & terreſtribus/ quę
adeo ſimplices erant vt ſeſe manu comprehendi
intrepide permitterent. Propter quod tot tūc pren
didimus vt nauiculā vnam ex illis adimpleuerimus
In ea autē nulla alia inuenimus animalia ꝑterq́ʒ mu
res q̄ꝫmaximos/et lacertas bifurcam caudam habē
tes cum nōnullis ſerpentibus quos etiam in ea vidi
mus. Igitur parata nobis inibi prouiſione ſub ven-
to inter meridiem & Lebecciū ducēte perreximus
ob id ꝙ a rege mandatū accęperamus/ vt qualicun
q́ʒ non obſtante periculo pręcedentis nauigationis
viam in ſequeremur. Incepto ergo huiuſcemodi na
uigio portum tandem vnum inuenimus quē om-
nium ſanctorū Abbaciam nūcupauimus/ad quem
(proſperam annuente nobis auram altiſſimo)infra
xvij.pertigimus dies. Diſtatq́ʒ idem portus.ccc.a ꝑ
fata inſula leucis/in quoquidē portu nec pręfectum
noſtrū nec quemquā de turba alium reperimus/&
ſi tamē in illo menſibus duobus & diebus quatuor
expectauerimus/ quibus efluxis viſo ꝙ illuc nemo
veniret conſeruantia noſtra tunc & ego cōcordaui
mus/vt ſecūdū latus longius progrederemur. Per
curſis itaq́ʒ.cc.lx.leucis portui cuidam alij applicui
mus in quo caſtellum vnū erigere propoſuimus/
quod & quidē ꝓfecto fęcimus relictis in illo.xxiiij.
Chriſticolis nobiſcum exiſtentibus/qui ex pręfecti

oſtri pupe perdita collecti fuerant. Porro in eodē portu prefatū cōſtruendo caſtellū & breſilico pupes noſtras onuſtas efficiendo. v. perſtitimus menſibus/ob id q̄ pre nautarū perpaucitate et plurimorū apparatuū neceſſitate lōgius ꝓgredi nō valebamus. Quibus ſuperioribus ita peractis concordauimus poſt hec in Portugalliam reuerti/quam rem per grecū tranſmontanūq̄ ventum neceſſe nobis erat efficere. Relictis igitur in caſtello prefato Chriſticolis. xxiiij. et cum illis. xij. machinis ac alijs pluribus armis vna cū prouiſione pro ſex menſibus ſufficiente/necnō pacata nobiſcum telluris illius gente (de qua hic minima fit mentio. licet infinitos inibi tūc viderimus/et cum illis practicauerimus. Nā xl. fere leucas cum. xxx. ex eis in inſulam ipſam penetrauimus. Vbi interdum plurima perſpeximus que nunc ſubticeſcens libello meo. iiij. nauigationū reſeruo. Eſtq̄ eadem terra extra lineā equinoctialem ad partem Auſtri. xviij. gradibus & extra Liſbone meridianū ad occidentis partem. xxxv. prout inſtrumenta noſtra monſtrabant) nos nauigationem noſtrā per Nornordenſium (qui inter grecum tranſmontanūq̄ ventus eſt) cū animi propoſito ad ad hanc Liſbone ciuitatē ꝓficiſcendi iniciantes/tandem poſt multos labores multaq̄ pericula in hunc eiuſdē Liſbone portū īfra. lxxvij. dies. xxviij. Iunij. M. D. iiij. cum dei laude introiuimus. Vbi honorifi

ce multũ & vltraq̃ ſit credibile feſtiuę ſuſcępti fui-
mus:ob id ꝙ ipſa tota ciuitas nos in mari diſperdi-
tos eſſe exiſtimabat/quẽadmodũ reliqui omnes de
turba noſtra ꝑ ꝓ̃fecti nr̃i nauiũ ſtultã pręſumptio-
nẽ extiterãt. Quo ſuperbiã modo iuſtus omniũ cẽ
ſor deus cõpenſat. Et ita nũc apud Liſbonã ipſam
ſubſiſto ignorans quid de me ſereniſſimus ipſe rex
deinceps efficere cogitet/q a tantis laboribus meis
iam exnunc requieſcere plurimũ peroptarem/ hũc
nunciũ maieſtati veſtrę plurimũ quoq̃ interdũ cõ
mendans. Americus Veſputius in Liſbona.

Vrbs Deodate tuo clareſcens nomine præſul
Qua Vogeſi montis ſunt iuga preſſit opus

Finitũ.vij.kl̃.Maij
Anno ſupra ſeſqui
milleſimum.vij.

Preſſit/& ipſa eadẽ Chriſto monimẽta fauẽte
Tempore venturo cætera multa premet.

C
J507
W168c1
[R]

H T